Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hermann Tarnow

M. Herm. Tarnovi[i] Grammatica Hebræo-Biblica, comprehendens Etymologiam, Syntaxin, Eloqventiam atq[ue] Poesin, Juxta Utramque Interpunctionem, Prosaicam sc. Et Metricam, Breviter ac succincte ad captum accommodata, & ab exceptionibus hactenus relictis liberata : Cum Consensu Amplissimi Collegii Philosophici & Præfatione ... Dn. D, Weideneri, S.S. Th. Prof. P. Ej. Facult. Senioris, & Ad Div. Mariæ Pastoris ; Accedunt Necessarii Indices Scripturæ Rerum & Verborum

Rostochii: Prostat apud Joh. Henr. Russwormium, MDCCXXII

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

C I 6 – 103 (4)1–8.

930(3)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0002
DFG

M. Herm. Tarnovi
GRAMMATICA HEBRÆO-BIBLICA,

comprehendens

ETYMOLOGIAM, SYNTAXIN, ELOQVENTIAM atq; POESIN, JUXTA UTRAMque INTERPUNCTIONEM, PROSAICAM sc. ET METRICAM,

Breviter ac succincte ad captum accommodata, & ab exceptionibus hactenus relictis liberata:

CUM CONSENSU
AMPLISSIMI COLLEGII PHILOSOPHICI
& PRÆFATIONE
SUMME REVERENDI DOMINI,

Dn. D. Weideneri,

S. S. TH. PROF. P. EJ. FACULT. SENIORIS. & AD DIV. MARIÆ PASTORIS.

Accedunt

Necessarii Indices Scripturæ, Rerum & Verborum.

ROSTOCHII,
Prostat apud JOH. HENR. RUSSWORMIUM,
Anno M. DCC. XXII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0005
DFG

JEHOVÆ SACRUM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0006
DFG

Lectori Benevolo Salutem!

POstquam incomparabilis ævi Sui, Literator & JConsultus, *REUCHLINUS*, nonsolum græca susci-tare ac alere, sed & imprimis hebraica inter Chri-stianos condere cœpit, quantum non inde exortum est studium, desiderium, zelus, quinimo vindicta! Sanctam namque Sancti Codicis utriusque linguam, abs istis diebus, tenebris papalibus evolutam & ad summitatem quam gra-tiosissime inter nos evectam ac denuo nobis in ipso suo juba-re restitutam esse, qui ignoraverit, extreme demens foret: Abs isto certe benedicti commatis momento, certatim ive-runt Doctores nostri in pristinam gloriam, & quod ex ore Sanctissimi Spiritus, verba & vera fideliter depromerent, ipsis fax & revelationis cœlestis irreprehensum lumen prælvit, ad dogmatum quorumcunque divinam explanationem, quorum ope ac mysterioſa virtute se, simulac omnes, qui audiunt ipsos, salvare valuerunt.

Levia sunt visa, ut adversus *Diodorum Siculum*, *Vitru-vium*, *Gregorium Nyssenum*, *Simonium* & alios, defen-derint, quod linguæ usus cum ipsa ratione hominibus sit congenitus; in quo themate faciles experti sunt operas, post *Eusebium* &aliquot *Patres*, *Clericus*, *Waltonus*, *Morini*, *Morhosius* & quot non alii: Levius & habitum istud Ζήτημα: An detur lingua materna? In quo solvendo expediti satis & felices extiterunt, *Borrichius*, *Uffelmannus*, *Calvœrius*, *Thomasius* & *Lischwizius*. Admirabili potius gravitate & argumentorum pondere exhibuerunt artem loquendi per signa. Vid. *Bulwerus* apud *Harsdorfferum* & *Morhoflum* & Dn. *Möllerum* ac alios; imo stupendis experimentis, au-

ditu destitutos, per visum & lingvæ ac oris varium motum; ad loquendum dispossuerunt, in quo, ad doctrinas, quas dederunt *Pontius*, *J. P. B.*, *P. Serbant* & *Helmontius*, ac *Wallisius* Oxoniæ, & Religiosissimus Dn. *Raphael* Lugeburgi, felicem sortiti sunt exitum. Addantur *Whittenius*, *Borrichius* & *Morhofius*.

Qvod & peculiariter ad Linguam Hebræam adtinet, dilucide tunc docuernnt, quod eadem præ omnibus orbis universi linguis, abundet vocibus, (quippe quæ sunt imagines rerum,) rebus ipsis convenientissimis & ad ipsam rerum naturam exprimendam exasciatis; vid. *Borrichius*, *Buxtorffius*, *Gussetius*, *Dassovius*, *Læscherus* &c. Quod Ebræa lingua sit omnium prima; *Vid. Glassius*, *Pfeifferus*, *Schrædterus*, *Wackius* & alii. Quod non sit singulari demum miraculo in Ægypto nata; Vid. *Gregorius Nyssenus* adversus Evnomium. Quod non sit eadem cum Cananæa ac Phœnicia; Vid. adversus Grotium & Huetium *Steph. Morinus*, *Gussetius*, & *Læscherus*. Qvod non sit posterior Syriaca lingua; Vid. adversus Theodoretum, Amiram & Kircherum, *Cornelius à Lapide*, *Calovius* & *Pfeifferus*. Quod non sit posterior Chaldaica lingua; Vid. adversus Myricæum, Campanellam & Eliam du Pin, *Meierus* & *Pfeifferus*. Quod Cimbrica seu Belgica lingua non sit omnium antiquissima; Vid. adversus Goropium Becanum, Adrianum Schrieckium & Levinum Laurentium, *Mylius*, *Maderus*, *Pfeifferus* & *Morhofius*. Quod Ebræa lingua neque in ipso exilio Babylonico, neque paulo post desierit esse vernacula, longe minus omnino perierit, ut abs Esdra rursus, dictitante Spiritu S., reparata sit; Vid. adversus has nugas Basilii, Eliæ Levitæ, Ephodæi, Kimchii & aliorum, *Jo.* & *Stephanus Morinus*, *Pfeifferus*, *Læscherus*, *Altingius*, *Vitringa*, *Engelkenius*. Ut alias proletarias atqoe suspectas opiniones non attingamus.

Eadem fide, post incomparabilis Reuchlini tempora, demon-

monſtratum eſt, quod literæ quadratæ Codicum noſtrorum ſint primævæ ac genuinæ; vid. adverſus Morinum, Voſſium, Waltonum, Eliam du Pin & Simonium, *Neumannus*, *Pfeifferus*, *Waſmuthus*, *Opitius* & *Starckius*. Quod non ſint inventæ abs Eſdra; Vid adverſus Hieronymum *Bangius*. Quod non ſint eædem cum Samaritanis; Vid. adverſus Galatinum, Arlo Montanum, Sixtum Senenſem, Villalpandum, Didierum & alios, *Gerhardus*, *Buxtorffii*, *Hottingerus*, *Morinus*, *Crineſius*, *Pfeifferus* &c. Quod literæ א, ה, ו, י, ע, ת, ſint veræ conſonantes; Vid. adverſus Druſium, Capellum, Morinum, Didierum & Maſclevium, *Neumannus*, *Starckius*, *Wolfius* & alii. Quod hieroglyphia literarum non ſit extendenda in contumeliam vocalium & accentuum; Videantur adverſus Neumannum, Zieroldum, Albertum & alios, *Daſſovius*, *Tarnovius*, *Starckius*. ut non immiſceamur amplius tricis de ortu literarum, ſcriptione univerſali &c.

Nec minus vocales Ebræi ſunt aſſerti, atque evictum eſt, quod conſonantes א a breve, ה e breve, ה e longum, וֹ ou & ע a longum non deſignent; Vid. *Neumannus*, *Bartoloccius*, *Montfauconius*, *Læſcherus* & *Wolfius*. Quod vocales non ſint Eſdræ aut Maſoretarum inventa; Vid. adverſus Maſclevium & alios poſt *Buxtorffium*, *Muyſium*, *Calovium* *Waſmuthum* & *Neumannum*, *Læſcherus* & *Wolfius*. Quod Linguæ Hebraicæ pronunciatio non ita interciderit, ut nobis alia lingua ſit quærenda; Vid. adverſus Morinum, Ephodæum, Spinozam ac Guſſetium. *Jecuthiel*, *Læſcherus* & *Wolfius*. Quod Judæi circa ſcriptionem linguæ acuratiſſimi, Lectionem item Codicis ſolicite curaverint & antiquam olim rationem ſcriptionis & pronunciationis integerrime conſervaverint; Vid. *Möllerus*, *Surenhuſius*, *Lightfootus*, *Braunius*, *Vitringa* & *Wolfius*. Quod Maſorethæ abs antiquitate non receſſerint, quando præter conſonantes vocalium adhibuerunt ſigna, & vocales

consonantibus sint coævi; Vid. adversus Capellum, Morinum & Masclevium, *Læscherus* & *Wolfius*. Quod Masorethæ vocales non collocent, ubi vereres eosdem omiserunt, aut omiserint, ubi veteres eosdem habent; Vid. adversus Morinum & Montfauconium, *Wolfius*. Quod inter discrepantiam hodiernam Judæorum, potiora ac essentialia antiquæ pronunciationis capita adhuc sint usurpata; Vid. *Schudtius*, *Schwendterus* & *Wolfius*; Quod non sit præferenda pronunciatio LXX. interpretum, illi, quam Masoretæ tradiderunt; Vid. adversus Morinum, *Dalenius*, *Hodyus* & *Löscherus*; Quod Masoretæ, deliberata malitia, Textus aliquos sanctissimi Codicis non depravaverint; vid. adversus Guadagnolum, Scaligerum, Capellum & Pezronium, *Simonius*, *Muysius*, *Hackspanius*, *Frischmuthus*, *Bashysenius* & *Pfaffius*.

Imo denique Accentuum & punctorum venit amplissima defensio, & consensu quopiam demonstratum habetur, quod vocales & accentus non sint Masoretarum inventum, sed veré sint originis divinæ; Vid. adversus Eliam Levitam, & Capellum, etiamsi forte ad convictionem omnem nondum fuerint persuasi, *Genebrardus*, *Lutherus*, *Martinius*, *Scaliger*, *Pellicanus*, *Reuchlinus*, *Drusius* & *Masius*, omnino convicti, *Münsterus*, *Buxtorffius Filius*, & *Picus Mirandula*. Quod Accentus & Puncta Biblica sint absolutæ necessaria lingvæ Ebreæ; Vid. post *R. Asariam*, *Cevallerium*, *Flacium* & *Postellum*, *Buxtorffius* & *Weimarus*. Quod Accentus ultra Esdram & ejus tempora ascendant. Conf. adversus Clericum, Jablonskyum, Danzium, Brunsmannum, Reimium & alios, *Wasmuthus*, *Hackspanius*, *Geierus*, *Reinbeckius*, *Hottingerus*, *Læscherus*, *Franckius*, *Michaelis* & multi alii. Quod accentus moderentur voces, & orationem legenti sistant intelligibilem; Vid. *Starckius*, *Franckius* & noster *Tarnovius*.

In pelagus vela darem, si conniterer adhuc, Criticos Ebræo-

Ebræorum excutere, Lexica conferre, aut doctrinas Grammaticas absolvere, ut in compendio extaret, quid sub auspiciis divinis in usum eorum, qui Linguam sanctam colunt, tam abunde sit elargitum? Id tamen præsentis operæ exigit scopus, ut B. Lectorem favoris ac judici causa, super præsens opusculum advocem, & sonticis causis commoveam; Est illud ipsum mole sua exiguum sed rerum & methodi facilioris gratia, mihi adeo gratum, ut non possim non lætus beneque animatus, hoc meo debito defungi, quod vel non expetitus, exsolvere lubens voluissem. Ita namque *Vir Præcellentissimus atqve Præclarissimus, Dominus HERMANNUS TARNOVIUS, Philosophiæ & Orientalium Magister ac Doctor fulgidissimus, Fautor ac Amicus Noster propensissime dilectus*, meruit, & res suas omnes honestissime & examussim docte inter nos consummavit, ut majori longe fortuna dignior & diu jam, singulis nobis sit habitus: Vir est profunde doctus & infracta ac Herculea sedulitate nulli omnino oneri impar, Judicio pollet insigni & ad medirandas ac subigendas res omnium difficillimas natus, ferme ac factus nobis creditur, sacrarum literarum Lectioni totus & tam disquisito ingenio, mancipatur, ut sæpius abyssus nobis exporrigat, ubi multi desperant & opus coeptum superare diffidunt; Alit adhuc provincia nostra *Senem Emeritum, incomparabilem FRANCKIUM*, cujus Accentuatoria orbis admirarur, sed de *Nostro TARNOVIO* opus est, ut asseramus, quod non modo fidus sit comes religiósi Istius & grandævi Senis, Franckii, sed & cum DEO ac die, par, quin faxit *Omnipotens DEUS*! superior sit futurus: Optime novimus, quod in his ipsis veris & non fucatis testimoniis offendamus modestiam hujus docti atque sincere pii Viri, qui si ulla, æstimium sui & honoris cupidinem ignorat. Verum proferendum est, quod ad ætatem ejus plus quam quadragenariam & eruditionem Ipsius incomparabilem exornandam, justitia & æquitas desiderarunt: Prævideratid *consummatissimus*

Theo-

Theologus, B. Noster FECHTIUS, dum honoribus *Tarnovii* Magisterialibus applaudens, has strophas sancta sua manu dedit:

TARNOVI ad cœlum jam pridem fama volavit
Atque simul terræ pervolat omne solum.
Tanto inflammatus, TARNOVI, nomine famam
Provehere atque alios rite docere paras.
Atque ideo Sophies sumis subtilis honorem.
Ut bene cedat opus, terque quaterque precor.

Etnos ad hunc diem exuberantes *TARNOVII nostri* fructus vel ipsis manibus palpamus, ingrati ergo foremus, nisi hunc *per orbem Celeberrimorum TARNOVIORUM* ingenuum surculum, amore ac favore nostro amplexaremur, Eidemq; votis ac factis consulere studeremus. Faxit DEUS brabæorum inter doctos diribitor, ut bene sit *huic nostro TARNOVIO* ipsiq; mox amplior adhue aperiatur porta, ad glorificandum nomen Divinum & ad dotes animi egregias, more suo, hoc est fideliter promendas! Vos vero Academiæ nostræ Cives dilecti & sanctarum Linguarum Cultores Laudatissimi, date hoc nostris monitis, ut *Eruditissimum TARNOVIUM* nobiscum admiremini & in Scholis Ejusdem selectioribus vestra commoda ac studia augeatis feliciter! Habetis equidem Grammaticarum manuductionum cumulos ferme, sed sub *Tarnoviana manuductione* frequenter addiscetis ex experiemini, quam sæpe distent æra lupinis, & quam fida solertia, si Buxtorffios, Wasmuthos, Opitios, Danzios, Starckios aliosque supra laudem nostram positos, cognostis, præceptorum hunc fidelissimum acceperitis, qui Vosmet ad illos, & non raro ad majores adhuc profectus ducere valeat, ut studia vestra solidiora vere prosperentur. Scribebam in Musæo III. Non. Novembr. Anno MDCCXX.

JO. JOACHIM. WEIDENERUS,
SS. Th. D. & P.P.O. Facultatis suæ Senior &
hodie Decanus, ac ad Divum Mariæ
Pastor.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0012
DFG

בעזה

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΟΝ.



Ebrææ Grammaticæ neceſſitatem infringere non audet, qui ultra Judaicum vulgus, idque malignum vult ſapere. Probris contra-nitentem aliàs lacerarent recutiti nobiliores, ſaniora à ſuo R. D. Kimchi edocti, quæ ſunt, quod *is qui diſcit & lex ei in poſſeſſionem, & non diſcit fundamenta Grammatica, ut intelligat, idem agat, ac arator, qui agit boves ſine baculo & ſtimulo.* Lingulaca quidem idem, cœca Bibliorum lectione aliquando evaderet; attamen exponetur etiam omni fluctuationi animi, uti nervoſè docuit B. D. FECHTIUS in Philoc. S. p. m. 54 in verbis: *Grammatica eſt Clavis totius Theologiæ, ex cujus neglectu pleræque hæreſes in eccleſiam ſunt invectæ.* §. In numeroſitatem Inſtitutiones Linguæ S. ab ævo Reformationis literarum pariter ac doctrinarum redegit erudita gens, &, quod majus, ſine nota cenſoria; dum quilibet ſcriptor poſteritati correctionem ſuarum, augmentumve commiſit. *Ut linguæ*, inquit SHINDLERUS, *ita Grammatices Hebræa ratio eſt, ut quo longius & frequentius tractetur, eò plura, magis magisque expendenda & elaboranda offerat*, Inſtit. Hebr. in Præf. §. Sic ſe res habet: nam *Grammatica eſt S. Literaturæ Critica ſeu Judex*, teſtante b. D. OLEARIO Hermen. S. p. 48.; hanc ergo ab exceptionibus liberari & illas regularum cancellis includi, eſt quod dicitur de neceſſitate, & eſt quod adhuc deſideratur. §. Fons ex quo hi rivuli fluunt vocatur ipſa Mens Spiritus S. quam in Scholis nominant Senſum literalem. Idem agnovit R. SALOMON JARCHI Præf. in Cant. אֵין לְךָ מִקְרָא וּבָא מִידֵי פְּשׁוּטוֹ וּמַשְׁמָעוֹ

quorum verborum felix interpres fuit JOSEPHUS COOPERUS, Anglus, in Legis Sepimento p. 129. sequenti paraphrasi: *Nullus egreditur versus Biblicus ex sensu suo simplici & literali: sed sensum habet literalem, eumque unum, certum, punctorumque carceribus adscriptum & determinatum.* Hanc pergit p. 132. *Scripta quidem humana ex antecedentium & consequentium consideratione, minori cum hallucinatione non punctata legi possunt, quippe quæ βιωτικὰ & captui humano accommodata tractant: sed secus in S. Codice res se habet, ubi quot verba, tot salutis mysteria; quot syllabæ, tot cœlestis imperii arcana; quot denique apices, tot jura divina, intellectum omnem creatum superantia. Qui verò horum naturam absolutam minus capiunt, frustra sibi præsumptam relativæ eorum naturæ cognitionem adblandiuntur, quasi hinc primo rectæ lectionis, tum verò rerum sub ista lectione comprehensarum periti repente prodirent.* Hactenus ille. §. Fundamentum quoque haud postremum est, præsumere quod Spiritus S. in S. Codice non docuerit linguam hebraicam, sed mediante hac salutis viam apperuerit. Quamobrem sufficiant voces sive ordinario sive extraordinario in statu occurrentes; uti & in Lexicis finguntur radices nullibi repertæ. §. In hoc libello tantùm periculum factum est, num exceptiones à b. D. WASMUTHO & aliis relictæ ad regulas sint revocabiles? Hanc in rem quotidiana exempla unà cum formulis loquendi, quantum fieri potuit, servata sunt. §. *DEFINITIO* esto: GRAMMATICA HEBRÆO-BIBLICA *est Scientia Linguam sanctam ex principiis S. Codicis regulis aptandi, ad patefaciendum sensum Spiritus S. literalem.* Structura Definitionis ex tribus libris colligitur, quorum Primus agit de *ETYMOLOGIA*, Secundus de *SYNTAXI* & Tertius de *ORATIONE*.

LIBER

LIBER I.
DE ETYMOLOGIA.



Complectitur Etymologia vocis partes I. Simplices quæ dicuntur Elementa, II. Compositas seu Syllabas, & III. integram vocem partim in genere, partim in specie quoad Nomen, Verbum & Particulam consideratam.

SECTIO I.
DE ELEMENTIS.

Elementa sunt Literæ & Puncta in Vocales & Accentus distributa.

SUBSECTIO 1.
De *LITERIS* (אות *signum significationis.*)

ARTICULUS I.
De *LITERIS ESSENTIALIBUS.*

§. I.

Litera hebraicè vocatur אות *signum*, quia ipsam vocis significationem nondum exhibet, dum ejus materiam solum constituit. Unde regula: *Omnes literæ sunt consonæ, nullæ v. vocales.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0015
DFG

§. II. Literæ sunt viginti duæ, id quod probatur

1.) ab autoritate divina, quâ dantur in Scriptura 26. versus, qui singuli omnes alphabeti literas enumerant, vid. Masora ad Ez. XXXIIX, 12. uti & nonnulla loca, in quibus ordo simul alphabeti observatur, e. g. Ps. CXIX. Prov. XXXI, 14. seqq.

2.) Ab autoritate humana, quâ & Judæi & Christiani eundem defendunt numerum.

3.) Ex ratione Cabbalistica, quæ ex voce אַחְוִי huncce numerum elicit, quem juxta א unitatem, ה quinque, ו sex & י decem significat.

4.) Ex naturali loquela: neque ratio, neque oratio plures literas simplices eruere valent.

§. III. Alphabetum exhibet pro vario literarum munere Nomen, Figuram, Potestatem, Significationem & Numerum:

Nomen,	*Figura,*	*Potestas,*	*Significatio,*	*Numerus.*
Aleph	א	a. Spiritus tenuis	*Dux*	1.
Bheth	ב	bh.	*Domus*	2.
Ghimel	ג	gh	*Camelus*	3.
Dhaleth	ד	dh	*Janua*	4.
He	ה	h. spiritus asper	*Ecce*	5.
Vau	ו	v.	*Uncus*	6.
Sain	ז	s. leniſſimum	*Telum*	7.
Cheth	ח	ch.	*Carmen ferreum*	8.
Teth	ט	t.	*Verriculum*	9.
Jod	י	j. conſonans	*Spatium*	10.

Chaph

Nomen,	*Figura*,	*Poteſtas*,	*Significatio*,	*Numerus.*
Chaph	כ	chh.	*Curvitas*, *Vola*	20.
Lamed	ל	l.	*Stimulus*	30.
Mem	מ	m.	*Macula*, *Fluctus*	40.
Nun	נ	n.	*Infans*	50.
Samech	ס	s. acutum	*Impoſitio manus*	60.
Ajin	ע	Spiritꝰ aſperrimus	*Oculus*	70.
Phe	פ	ph.	*Os*	80.
Tzadé	צ	tz.	*Hamus*	90.
Koph	ק	k. q.	*Circulꝰ*, *it. Simia*	100.
Reſch	ר	r.	*Caput*	200.
Schin	שׁ	ſch. acutiſſimum	*Dens*	300.
Sin	שׂ	s. ſimum		
Thau	ת	th.	*Terminus*	400.

§. IV. Literæ diſtingvuntur non ex diverſis punctis, ſed ex diverſa figura: שׁ & שׂ unam tantum valent, ſi ſecus, punctum Dageſch literas bgadcphat multiplicaret.

§. V. Nomina petita ſunt 1) ab ordine alphabeti, ſic א Dux, quia primus & ת Terminus, quia ultimus eſt in ordine: 2) à figura, e. g. ב domus (Judaica), ג Camelus, propter gibberoſam figuram: 3) ab officio, e. g. ה ex הֵא ecce, eſt ſignum præſentiæ; מ fœcundat vocem.

§. VI. Figura dicitur מְרֻבַּעַת *quadrata*, ob proportionem Geometricam, & quia Scripturæ autoritas firma eſt ac immobilis. Differt igitur à forma Rabbinorum, quæ rotunda, & Laicorum, quæ exculta Samaritana audit.

§. VII. Fundamentum omnium literarum est י (Jod) consonans, quæ pro varia dispositione situs unamquamque format literam. Tabulam rei exhibet Neumannus in Clave Domus Heb. ad p. 146. Ex hoc privilegium illud à Salvatore Matth. V, 18. literis datum intelligitur, quod *ne quidem ἰῶτα ἓν periturum sit.*

§. VIII. De Numero, quo literæ in tres enneades dividuntur, in Syntaxi agitur.

§. IX. Genuina omnium pronunciatio amissa est, dissensus inter Orientales & Occidentales Judæos major semper deprehensus fuit, quam ut aliquid certi concludi posset; e. g. ignoratur clara & distincta prolatio τοῦ א De differentia inter כ raphatum & ו altum est silentium. Et τὸ ע plane habetur ineffabile.

§. X. Dividuntur Literæ 1) ratione Instrumenti, quo pronunciantur in

(1) Gutturales (אוֹתִיּוֹת גְּרוֹן) אַהֲחַע, quæ sunt meri spiritus; & edit א spiritum tenuem, ה densum, ח densiorem, ע densissimum. His ob stridorem & asperitatem etiam ר accedit:

(2) Palatinas (אוֹתִיּוֹת חֵיךְ) גִּיכַק

(3) Linguales (אוֹתִיּוֹת לָשׁוֹן) דַּטְלָנֵת

(4) Dentales (אוֹתִיּוֹת שִׁנַּיִם) זַסְצְרֵשׁ

(5) Labiales (אוֹתִיּוֹת שְׂפָתַיִם) בּוּמַף

Regula: *Literæ unius instrumenti facile inter se permutantur.*

2) Ratione Lectionis in

(1) Quiescentes, quæ aliquando non leguntur, quales sunt אֶהָוִי, &

(2) Mo-

(2) Mobiles, quæ ſemper leguntur, quales cæteræ omnes.

3) Ratione Soni in (1) duophonas (אוֹתִיּוֹת כְּפוּלוֹת) *geminum ſonum habentes*, quæ ſunt literæ בגדכפת, modo aſpiratæ, modo, vi Dageſch non-aſpiratæ; & figura ש, quæ pro diverſo puncti ſitu modo ſimplicem literam שׂ *s*, modo duplicem שׁ *ſch* repræſentat: & (2) monophonas, quæ ſunt reliquæ.

4) Ratione Scriptionis in (1) dilatabiles, quarum ſunt quinque, אהלסת & (2) decurtatas, quæ dicuntur memoriæ cauſa כַּמְנֵפֵצ, & ob diverſam figuram, biformes, ſcil. דסנף ץ. Utræq; ſunt etiam finales.

§. XI. Hæ literæ ſunt authenticæ & divinæ autoritatis. Probatur hoc 1) à figuræ elegantia, quæ Geometricæ proportionis, cum Samaritana eſt informis.

2) Characterum nomina ſunt antiquiſſima.

3) Plurimarum literarum figura reſpondet ſignificationi, v. c. ו ſimilis eſt וָוִי claviculis, quibus victimæ affigebantur, &c. vid. Alphabetum.

4) Hieronymus ad Ezech. IX. 4. teſtatur, Thau crucis figuram habere, & in epiſt. ad Fab. ſignat nomen יהוה fronti Aharonis ſuper laminâ aurea inſcriptum

5) Samaritanæ literæ, quas adverſarii defendunt, ignorant literas finales; (2) nullus in illis adhibetur delectus inter שׁ & שׂ, propter quas multa millia olim ceciderunt Ephraëmitarum, Jud. XII, 6. (3) Litera Jod iis neque eſt minima, neque baſis cæterarum, ut vult vaticinium Chriſti, Matth. V.

6) Nimis religioſi in ſervando S. Codice Judæi

omni seculo fuere; tantum abest ut in illo aliquid mutationis, imò exotica elementa admitterent.

ARTICULUS II.

De LITERIS ACCIDENTALIBUS, seu De Dagesch.

§. I. DAgesch ex דָּגַשׁ pungendi notionem habet.

§. II. Dag. est punctum accidentarium medianum, literas illas, in quarum medietate locatur, triplici ratione ob pronunciationem dirigens: vel 1) ex litera asperata constituit tenuem, quod significat Dagesch Lene; vel 2) ex unâ actu litera duas potestate format, quod vocatur Dagesch forte; vel 3) ex litera immobili facit mobilem, quod dicitur Mappik.

א

Dagesch Lene, (דָּגֵשׁ חָלָשׁ)

§. I. Literæ בגדכפת, quæ aspiratæ, per Dagesch amittunt aspirationem, e. g. ex ב *bh* fit בּ *b*, ex כ *ch*, כּ *c*.

§. II. Absentia Dagesch Lenis per virgulam רְפֵי raphe *Dimissionis* dictam, & literis impositam, olim ostensa fuit; qui mos inter eruditiores exspiravit, nisi quod sexies in Decalogo ob duplicem accentuationem expressa fuerit: vid. suo loco.

ב

Dagesch Forte, (דָּגֵשׁ חָזָק)

§. I. Dag. Forte literæ impressum ipsius pronunciationem geminat, & in bgadcephat simul aspirationem tollit, ut דִּבֵּר *dib-ber.* §. II.

§. II. Omnes Literæ iſtud Dageſch in ſe recipiunt exceptis gutturalibus & ר gutturalium æmula, quippe quæ ſpiritales hoc modo duplicari nequeunt, neque ordinariè ita efferri ſolent: & ר ob ſtridorem cum aſperitate conjunctum recuſat hoc punctum.

§. III. Pro diverſo munere varium ſortitur epitheton, qua de re ſuo loco agendum.

ג

Mappik (מַפִּיק)

§. I. Mappik idem eſt ac *exire faciens*, quia literam è ſtatu quietis educit, ut fiat mobilis.

§. II. Eſt punctum accidentarium medianum, quod ventri ſolius ה finalis impreſſum indicat, literam non amplius quieſcere, ſed pronunciari debere.

SUBSECTIO II.

De PUNCTIS (נְקוּדוֹת)

VOcales & accentus generatim vocantur Puncta, ex quibus ſunt geniti. Mater enim eſt punctum, quod cumulatum in connexione lineam format, quæ pro vario ſitu in vocalibus –, ⊤ in accentibus ⊤ ⌣ ⌣ &c. nominatur; aut illud ſtat ſine connexione & e. g. in vocalibus ·, ··, ∴ in accentibus ⁝ ⁝ &c. vocatur. In Novo Teſt. illud punctum appellatur κεραία *apex* Matth. V, 18. ſpeciali providentiæ div. commiſſa.

ARTICULUS I.

De VOCALIBUS. (קוֹלוֹת)

§. I. VOcales vocantur קוֹלוֹת elementa ſonora, quod unicuique literæ certum tribuunt ſonum.

§. II. Vocales sunt XV. quinque longæ, quinque breves & quinque brevissimæ :

Vocales Longæ.

Nomen,	*Figura*,	*Potestas*,	*Significatio.*
Kametz	ָ	a ō longum, ut Saamen.	*colligens s. angusto ore proferendum.*
Tsere	ֵ	e ē purum, ut See.	*Cardines, quos repræsentat, quia os stringit & inter dentes erumpit.*
Chirek longum	ִ	i ī longum, ut ihr.	*Frendor dentium, ob prolationem.*
Cholem	ֹ quiescens seu longæ moræ. ֹ brevioris moræ.	o ō ut Ohr. ô ut Mond.	*Integrum seu pleno ore proferendum.*
Shurek	ֻ	u ū longum, ut Mund.	*Sibilum.*

Vocales Breves.

Patach	ַ	a breve, ut Wand.	*apertura sc. oris.*
Sægol	ֶ	e impurum, ut ärger.	*botrus.*
Chirek breve	ִ	i breve, ut Wind.	*frendor, ut suprà.*
Kametz-chatuph	ָ	o breve, ut Sonn.	*Kametz correptum.*
Kübbutz	ֻ	ü ut Sünde.	*contractum scil. labium in pronunciatione.*

Voca-

Vocales breviſſimæ.

Sheva ſimplex	:	e correptum
Scheva compoſita		
Chatephpathach	—:	correptæ Voca-
Chatephſægol	∴	les breves.
Chatephkametz	ר:	
Pathach genubbah	ַ	Pathach furtivum, qvia ante conſonam pronunciatur.

Compoſitor ad præcedentem a. ſeq. literam.

§. III. Vocales itaque denominatæ ſunt 1) à modo pronunciandi, 2) à figura, & 3) ab officio.

§. IV. Authentia vocalium nititur infallibili fundamento:

1) Vitam illæ & motum conſonis impertiuntur.

2) Sine illis Scriptura eſt inſtar regulæ Lesbiæ, cujusvis opinioni applicabilis & commoda; e. g. illud חרש, quod Cooperi exemplum, ſignificat vocalibus deſtitutum; *aravit*, *fabricator*, *ſurdus*, *aratio*, *ſylva*. Unde tantus fuit Veterum Interpretum diſſenſus, quantus punctorum neglectus.

3) Gaudent privilegio Salvatoris, Matth. V, 18.

4) Antiquitas militat pro illis: Maſora antiqua verſatur circa Vocales: Talmud vocales ſub accentibus comprehendit; denique antiquiſſima Bibliorum exemplaria punctis inſtructa ſunt

5) Judæorum proverbium: *Sine ſupra & infra non valet Scriptura.* Quamvis expeditus lector vocales conjectura aſſequatur, nihil tamen ejus attendit quod punctorum mutationis eſt.

6) Unius Levitæ traditio, de nova punctorum inventione, minor eſt conſtanti omnium Judæorum confeſſione.

7) Amant

7) Amant hodie in Synagogis codices non-punctatos ut cabbaliſtica caligo occœcet Scripturæ lumen.

§. V. Dividuntur in 1) Vocales Proprias, quæ ſyllabæ rationem ingrediuntur, 2) Improprias, quæ nunquam efficiunt ſyllabam, & 3) Fictas, quas ignorantia doctrinæ peperit.

א

Vocales Propriæ.

Vocales Propriæ ſunt 1) Longæ, 2) Breves, 3) Mediæ ſeu Diphthongi.

(α) Vocales Longæ.

§. I. Hæ vocantur Matres, ex quibus breves naſcuntur, nam ex ָ ֵ

ֶ ֱ

ֲ ֳ dempto fulcro.

ֹ & ָ naſcitur ָ: uti ָ conſtat ex *a* & *o*, ſic inverſo ordine ָ: ex *o* & *a*.

ֻ ֱ reſolutis punctis.

§. II. Vocales Longæ ſunt, quarum quæque cum una conſona ſine accentu, ſine Dageſch forti & ſine litera ſchevata conſtituit ſyllabam; ut teneat ſonum duplicis temporis.

§. III. Tres harum vocalium exilitatem ſuam compenſant per literam quieſcentem, nimirum י. ו & וּ, quæ literæ multoties mutationi obnoxiæ ſunt: nam

1) ob numerum oratorium fulcrum partim abjicitur, ut פְּקֹד per פְּקוֹד partim in breviorem quieſcentem reſolvitur ut תָּרִים *exaltabis* Pſ. LXXXIX, 18.

pro

pro תָּרוּם, בַּגּוֹיִם *inter gentes*, Pſ. LXXIX, 10. pro בַּגּוֹיִם

2) In mora ſesqui altera fulcrum protrahitur, ut הִוא pro הוּא ſeu הִיא

3) Vocalis fulcrum ſæpe inſeritur alteri ſyllabæ, in qua quies habenda, נָפֹצֶוֹת *diſperſum*, 2. Sam XIX, 8. pro נָפוֹצֶת.

4) Amiſſâ vocali non ſemper amittitur ipſius fulcrum; ſed tranſit hoc in conſonam, ut עִיר, עֲיָרִים *urbes* שׁוֹר, שְׁוָרִים *boves*, עִוֵּר *excæcavit*. שׁוּק *platea* שְׁוָקִים Cant. III, 2.

(ϐ) Vocales Breves.

§. I. Sunt illæ, quæ ſine duabus conſonis, ſine accentu, aut denique ſine Dageſch Forti ſyllabam non efficiunt.

§. II. Obſervant tantum moram ſimplicis temporis.

(γ) Diphthongi.

§. I. Diphthongus eſt compoſita vocalis, quæ continet adhuc aliam vocalem.

§. II. Diphthongi ſunt quatuor, ⊤ longum ex a & o conſtructum, ∵ ex a & e, ⊤ chatuph ex o & a, ⁝ ex u & i.

§. III. Kametz eſt ſolùm longa, cæteræ ſunt breves.

§. IV. Quas vulgò nominant Diphthongos, e. g. וּי וֹי יָ וַ וָ ſunt partes ſyllabæ in conſonam deſinentes; unde & poſt eas literæ bgadcephat Dageſch Lene requirunt.

ב

Vocales Impropriæ (מְשָׁרְתִים)

§. I. Scheva ſive ſimplex, ſive compoſitum, uti

&

& illud analogicum, patach furtivum, ad vocales improprias refertur, dum quodvis propriis vocalibus, quoties hæ loco suo removentur, tantùm servit.

§. II. Denominatio vocis commodè petitur ex rad. שָׁוָה *æquari, componi*, ut sit שָׁוְוָא compositor secundùm æquitatem, qui vocali amissa consonantes vel cum præcedente, vel cum subsequente litera secundum æquitatem componit.

§. III. Qualis sit Schevati sonus imprimendus, de eo neque Patres, neque interpretes, huc usque convenerunt: 1) Seculis superioribus (1) Scheva ante gutturales habebat tendentiam ad vocalem gutturalis, e. g. שְׁאָר Schăar, שְׁאֵר Schĕer, קֻחִי Kuchu, יְהִי jĭhi.

(2) Scheva ante Jod habebat tendentiam ad i, v. c. וְיִדְעוּ Wĭjidŭu.

(3) Scheva ante alias literas habebat ad a tendentiam, e. g. שְׁלֹמוֹ Schălomo, שְׁמוּאֵל Schămuel.

2) Seculis posterioribus usu venit, ut scheva ad sonum sequentis vocalis accommodarent, e. g. סְדֹם Sodom, עֲמֹרָה Gomorrha

3) Æquior est hodierna pronunciatio, qua Schva simplex per E rapidissimum, & Compositum per vocalem sibi junctam effertur: nam priores efferendi modi falsò cumulant syllabas: est contra vocalium mutationem, quando unum Schva pro altero positum distinctè percipi debet; uti & maxima confusio est, quando compositum Schva pronunciatur per sequentem vocalem diversi soni, e. g. in עֲמֹרָה Gomorrha. Ut taceam quod multi Rabbini prioribus positis contradicant.

§. IV. Scheva finale, sequente in proxima voce

voce litera gutturali, habet tendentiam, nisi intercedat accentus regius, ad hujus vocalem, שַׂמְתְּ אֵלֶּה Sam--t--ellæh.

§. V. Schva finale, sequente in proxima voce schevate, non effertur, ut יַפְתְּ אֱלֹהִים Japht| Elohim.

§. VI. Munus Schevatis est, syllabas connectere & contrahere, quas facit compositas.

§. VII. Quantitas temporis, ob Soni celeritatem partim momentanea, partim nulla est.

§. VIII. Dividitur Scheva in Simplex, compositum & Vicarium, seu pathach furtivum.

(α) Scheva Simplex.

Scheva Simplex vel nullam tenet moram, & vocatur Quiescens; vel continet brevissimam moram, & dicitur Mobile

§. I. Scheva Quiescens (שְׁוָה נָח est, quod literam, cui subjicitur ad antecedentem rapit syllabam, תִּפְ-קוֹד tiph-kod. Hoc accidit

1) in medio vocis

(1) post vocalem brevem sine Metheg, ut אֶפְקוֹד æph-kod;

(2) post accentum tonicum, ut בָּדָרְתָּ bacharta, פָּקַדְנוּ pa-kadh-nu

2) in fine vocis, si ultima litera aliàs distinctè percipi nequeat, scil.

(1) ob literam immediate præcedentem schevatam, sive illa sit expressa, sive subintellecta, ut וַיִּשְׁבְּ *captivum duxit.* אַל--יִשְׁטְ *ne declinet*; hinc & post patach furtivum, ut לָקַחַתְּ: Sic אַתְּ pro אַנְתְּ,

(2) ob aspirationem ד״ך, uti & differentiam hujus literæ à ד daleth ut דֶּרֶךְ

(3) Etiam

(3) Etiam post literam quiescentem in emphatica prolatione, ut והוֹצֵאת & *efferes* 1. Reg. XVII, 13. bringe mir es ja zu erst.

Nota: Extra has rationes Scheva in fine non exprimitur, quia extra dubium positum est, ultimam literam ad præcedentem syllabam pertinere.

§. II. Scheva Mobile (שְׁוָה נָע) est, quod literam, sub qua ponitur, sequenti jungit syllabæ. Movetur seu legitur Scheva

ab initio 1) cujusvis dictionis, ut פֶּקַדְתֶּם pĕkadtem.

2) Cujusvis syllabæ, nimirum (1) post vocalem naturâ longam sine intercedente accentu tonico, ut רֹזְנִים ro-senim, *dominatores*. (2) post vocalem longæ vicariam, ut יְגֻרְךָ jegü-recha. ֻ *pro* וּ

(3) post vocalem brevem cum accentu euphonico s. expresso sive subintellecto, ut הַלְלוּ & הַלְלוּ.

(4) post aliud Scheva, ut יִפְקְדוּ; ideoque sub dagessata fortiter, ut זַמְּרוּ sam-meru

§. III. Literæ pneumaticæ carent Scheva simplici; nam gutturales eligunt Scheva aliquod compositum, & quiescentes comparent absque punctis.

(6) Scheva Compositum.

§. I. Scheva Comp. constat ex Scheva simplici & Vocali brevi, & quia vocalis aliquo modo corripitur, illud חָטֵף vocatur.

§. II. Tria dantur Scheva composita ֲ cateph-patach, ֱ chateph-sægol, ֳ chateph-kametz. Chirek verò & Kübbutz, quia nimis sunt graciles vocales, contrahi nequeunt.

§. III. Ponuntur 1) ordinariè sub literis gutturalibus, quippe quæ distincti soni expertes è scheva simplici

simplici nihil ejus accipiunt; ut חֲצִי *dimidium*, אֱמוֹר *dic*, עֳנִי *afflictio*.

2) Extraordinariè reliquæ consonantes hæc puncta admittunt, uti leguntur in syllaba nobiliori vocis sonoræ, emphaticæ, patheticæ. ut וְזָהָב Gen. II, 12. pro וְזָהָב *& aurum* לָקֳחָה *sumta est*, Gen. II, 23.

§. IV. Per Crasin gutturales pro compositis accipiunt simplex scheva, בַּחֳרוֹ *ronchus ejus*, Job. XXXIX, 23. זַעְמִי *ira mea*.

§. V. Sub literâ syllabæ finali non apparent, ne speciem syllabæ præ se ferant; substituunt tamen pathach furtivum.

§. VI. Scheva compositum moram vocalis brevis dimidiam observat.

§. VII. Quemadmodum Scheva simplex consonantis pronunciationem promovet; ita compositum modum pronunciationis prodit.

(γ) Scheva Vicarium.

§. I. Nomen Scheva Vicarii est Pathach גְּנוּבָה *furtivum*, quia raptim ante consonam pronunciatur, ut רוּחַ ruach.

§. II. Est pars —: Scheva compositi: omittitur (:) tanquam superfluum, nam in fine figura — vocalis propriæ hoc modo locata, locum non invenit.

§. III. Tres tantum gutturales החע illud pathach accipiunt exclusâ א, cujus sonus facile cum sono ה in fine confunderetur.

§. IV. P. Furt. occurrit in fine ultimæ syllabæ, & sub ultima & sub penultima litera, ut אֱלֹהַּ *Deus*, מָשִׁיחַּ *Messias*, שָׁמְעַ *audire*: Penultimæ literæ nota

est, quando immediate sequitur Scheva expressum, ut שָׂמַחַתְ samaăcht, יִחַדְ.

§. V. Voce à fine crescente perit pathach furtivum ut אֱלֹהַּ אֱלֹהִים

§. VI. Litera sub qua hoc punctum stat fortiter efferenda est.

ג

Vocales Fictæ.

§. I. Finguntur à nonnullis Consonantes pro Vocalibus lectæ, quas vocant Matres lectionis (אִמּוֹת הַקְּרִיָּא) Sic illis א notat a & e, ו o & u, י i & e.

§. II. Iidem dissentiunt in numero, dum alii tres אוי perhibent literas esse, ut Lud. Capellus, Prideaux, alii quatuor אהוי, ut Ludovicus, nonnulli quinque אהויע ut Jo. Morinus; pauci denique sex אהוועח ut Masclefius.

§. III. 1) Hanc confusionem peperit ignorantia vocabuli אמת quod in constructione significationem ab objecto adipiscitur; e. g. Mater Civitatis, est major civitas, metropolis 2. Sam. XX, 19. ita mater lectionis est major syllaba in lectione habenda ut קָאם Os. X, 14. pro קָם, דָאג Nehem. XIII, 16. pro וָאֶשְׁקָולָה דָּג Esr. VIII, 25.

2) Consonantes supra nominatæ per plures vocales efferri possunt, e. g. א per quamvis vocalem; unde mera incertitudo.

3) Darentur voces ex solis vocalibus constantes, e. g. יהוה.

4) Hebræi vocales sæpius mutant, quale quid literæ recusant.

5) ו & י fulcra vocalium fiunt consonantes, quo casu

casu nulla inter Vocalem & Consonantem differentia, quod inconveniens, e. g. â עֲיָרִים עִיר & יְהוּא שְׁוָרִים שׁוֹר Coh XI, 3. ex הָוָה

6) Existerent voces absq; Vocalibus scriptæ ut קם

ARTICULUS II.

De ACCENTIBUS (טְעָמִים)

§. I. ACcentus vocantur primariò טְעָמִים *gustus* seu *sensus sententiæ*, quos præbent distingvendo & conjungendo.

Secundariò dicuntur etiam נְגִינוֹת cantus, Melodeyen/ & est cantus iste oratorius ad numerum habitus.

§. II. Sunt accentus apices literis impositi, suppositi & appositi ad distinguendam & conjungendam orationem, atque modificandam pronunciationem.

§. III. Uti Vocales sunt anima vocis, ita accentus sunt anima periodi, propositionis & membri.

§. IV. Authentia probatur:

1) quia ex accentuum neglectu fallacia compositionis & divisionis evitari non potest.

2) Deus ergo, qui vult finem Scripturæ, ut scil. illa sine ambiguitate capiatur, vult etiam media.

3) Per Providentiam DEI accentus obliteratione exemti sunt, conf. p. 9. Subs. II.

4) Nobis præsto est consensus omnium Judæorum, excepto uno Levita, vid. p. 11. §. 4 6)

5) Masorethæ illos voluerunt extra omnem aleam positos.

6) Hieronymus diversitatem accentuum pariter

ac vocalium mutationem attendit, vide eundem ad Ezech. XXXII.

7) Tenaciſſimi punctorum hoſtes in motu demum illud telum apprehenderunt, e. g. Waltonus, Capellus.

§. V. Dividuntur in accentus Euphonicos & Tonicos.

א

Accentus Euphonici (הִירוּק glut. it. דִּסְנֵי הַקְּרִיאָה *lectionis habenæ.*)

§. I. Accentus Euphonicus, aliàs Rhetoricus dictus, eſt qui pronunciationi inſervit ſono per colli anguſtum tramitem meante: Seu, eſt ſonus ſtridens per diverſas ſimul moras accentum tonicum cacophoniâ arcens.

§. II. Dividitur Chiruk ſeu acc. Euphonicus in Initiales, Medianum & Finalem, & ſunt Mæthæg ⸗ Gaja ⸗ Linea Makkeph |—| & Pſik |—

(α) Mæthæg. (מֶתֶג *frenum.*)

§. I. Mæthæg eſt virgula perpendicularis remoram ſyllabæ faciens, ne vox polyſyllaba in uniſono pronuncietur. Et ne ſyllabæ brevitas aut dignitas deglutiatur.

§. II. Officium ſuum præſtat ſub prima & media vocis ſyllaba, nunquam verò ſub ultima, ad quam accentus tonicus ſæpe ponitur.

§. III. Conditiones poſitionis ſunt ſequentes:

1) Ob vocem polyſyllabam (1) locatur in tertia ſyllaba ab accentu tonico, ut לָרָקִיעַ; ſic in copulatis per Makkeph, quæ unam valent vocem, ut כִּי־צַדִּיק: ob quam cauſam duplex Mæthæg ſub una

una voce reperitur, ut תּוֹעֲבוֹ תֵּיכֶם Ez. XXVI. כִּי־יַעֲלֶה, וָאֲבָרְכָה

(2) Ob impedimentum Dageſch aut Scheva remittitur ad quartam, ut בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל, וָאוּתֵר

2) Syllabæ defectus in ſubſidium vocat Mæthægum, (1) quando litera ſyllabæ ad ſequentem ſyllabam trahenda, ut אָהֳלוֹ, יִהְיֶה, כֶּאֱנוֹשׁ o-hŏlo Gen. III, 13.

(2) quando ſyllaba moram non explet, ut נַעַלְךָ

(3) quando Dageſch forte extruſum eſt, ut יִשְׂאוּ pro יִשְׂאוּ

3) Vocis ambiguitas tollitur per Mæthægum, ut יִשְׁנוּ eſt ex radice יָשַׁן non verò à חָכְמָה שָׁנָה cha-chmah *ſapiens fuit*; ſed חָכְמָה choch-mah *ſapientia*.

4) Vocalis in incremento vocis conſervanda accipit Mæthægum ut נַעַבְדֶנּוּ pro נִעַנְדֶנּוּ,

5) Scheva mobile ab initio cum aliqua mora protrahenda idem habet ſubſidium, ut שְׂאוּ Pſ. LXXXI, 3. *extol-lite cantum*. וּשְׁבֵה & *captivato*. Jud. V, 12.

§. IV. Mæthæg omittitur aliàs ponendus

1) ob moram in vocali longa tenendam

2) ob affectus vehementiores

3) ob accentum tonicum immediatè ſequentem.

(6) Gaja. (גַּעְיָא *mugitus*)

§. I. Gaja explicatur per mugitum, quem creat nimia celeritas ſoni.

§. II. Reperitur ante vocis Scheva initiale, quo ſitu nullus datur diſtinctus ſonus, ut וְנָשׁוּב Thr. V, 21. & *revertemur*.

§. III. Affectus nimis vehementes plerumqve

hunc accentum proferunt, e. g. Esth. IX. 7. 8. 9. per illum mugitum Judæorum ira efferveſcens in Hamanus filios indicatur.

Nota: In multis codicibus Gaja cum Mæthæg poſt Scheva locando confunditur.

(ץ) Makkeph. (מַקֵּף)

§. I. מַקֵּף à r. נָקַף *detrivit*, & h. l. in Hiphil *deterere faciens*, ſc. accentum tonicum, eſt linea transverſalis cogens dictiones ſub unum accentum tonicum.

§. II. Linea ſupernè inter duas dictiones ducitur, h. m. דְּבַר־יְהוָה

§. III. Quatuor ſummum voces per Makkeph junctæ leguntur, e. g. duæ voces Pſ. II. 1. tres, Gen. XX, 5. quatuor Ezech. XIV, 22.

§ IV. Vocales vocis makkephatæ ob magnam diſtantiam ab accentu tonico, corripiuntur. vid. Mutat. Vocal.

§. V. Voces copulantur per Makkeph,

1) ne tonus tono ſit impedimento, qua occaſione vox laborans in non-laborantem transfertur, ut בִּגְדֵי־יְשַׁע Eſ. LXI, 10. *veſtimenta ſalutis.*

2) ob emphaſin, ut Gen. I, 3. יְהִי אוֹר וַיְהִי־אוֹר *fiat lux, & facta eſt lux*, i. e. quando præcepit, etiam adſtitit, ſec. Pſ. XXXIII, 9.

3) ob affectum citatiorem, ut Job. XXI, 4. וְאִם־מַדּוּעַ לֹא־תִקְצַר רוּחִי *quodſi: quare non abbreviabitur ſpiritus meus.* ubi Jobus h. m. fremebundus introducitur.

(ק) Pſik

(δ) Psik. (פְּסִק) *pausa.*

§. I. Psik est linea perpendicularis interstitio dictionum inserta: *breviùs*: est linea pendens inter duas voces.

§. II. Valet pausam in recitatione orationis, etiam distingvit observando conditiones Distinctionum.

§. III. Psik sequitur post accentus ֭, ֮, ֯, ֱ, ֲ, ֳ, ִ

§. IV. Ejus analogum punctum est virgula cum ֭ h. m. ֮ sakeph-gadol, quæ per quietem τοῦ ֭ defectum supplet: conf. accentus tonicus.

ב

Accentus Tonici.

§. I. Vox *Tonus* civitate olim græca abs oratoribus donata, significat primariò sensum verborum ad numerum usque extensum: secundariò verò moderamen soni juxta istum sensum habendum denotat.

§. II. Officium tonicorum triplex est: 1) distinguere & conjungere orationis partes; 2) sonum oratoris moderari ad captum auditoris, & 3) quod fit per accidens, succurrere sonô suo syllabæ imperfectioni.

§. III. Enumerantur accentus Tonici viginti quinque, quorum 18. sunt Distinctivi & 7. Conjunctivi. Tantus requirebatur numerus, quo minutissima quoque incisa extra hæsitationem ponerentur, cunctaque Scriptoris mentem, rerum emphasin & affectum declararent. Sequitur Schema accentuum tonicorum.

Distinctivi seu Domini (מְלָכִים *regentes.*)

Figura,	*Nomen,*	*Significatio,*	*Potestas.*
סִלּוּק ׀	Silluk	*Terminus.*	Cessatio (*qvoad versum*) cum cadentia.
אַתְנָח ׀	Athnach	*Quies.*	Respiratio, *nam abducit antecedens à consequenti, unde &* סַחְפָּא *dicitur.*
סֶגֹלְתָּא ׀	Sægolta	*Peculium.*	Peculiare membrū constituit, uti & sonum.
זָקֵף קָטֹן ׀	Sakeph-katon	*Erector parvus*	Erigit sensum & sonum.
זָקֵף גָּדֹל ׀	Sakeph-gadol	*Erector magnus*	Lineâ psikkatâ auctus compensat omissum Servum.
טִפְחָא ׀	Tiphcha	*Palma.*	Ob arctam distantiam à sylluko, parvum efficit membrum.
רְבִיעַ ׀	Rbhia	*Qvadratus sc. numerus.*	In membro & sono perfectus seu excellens.
שַׁלְשֶׁלֶת ׀	Schalschælæth	*Catenatio.*	Conservans orationis catenam.
פַּשְׁטָא ׀	Paschta	*Extensus.*	Ob defectum membri sui ulterius se extendit, ad seq. ׀

Figu-

Figura,	Nomen,	Significatio.	Potestas.
֭ יֶתִיב	Jethib	*Sedens pro autoritate,*	in compensationem membri Paschtæ.
֮ תְּבִיר	Tebhir	*Fractus,*	ob membrum semi-plenum.
֯ מֶרְכָּא כְפוּלָה	Merca chephula	*Merca duplicatus.*	Membrum Tebhiri imperfectum perficiens
ְ זַרְקָא	Sarka	*Sparsor*	Sensum imperfectum spargens ad majorem Dominum.
ֱ גֶּרֶשׁ	Gæræsch	*Extrudens,*	pro ratione membri brevis.
ֲ גְּרַשַּׁיִם	Geraschajim	*Bis extrudens,*	in compensationem Gæræschi amissi.
ֳ תְּלִישָׁא גְדֹלָה	Tlischa ghedhola	*Subigens magnus.*	sc. ditionem suam sequenti.
ִ קַרְנֵי פָרָה	Karne-phara	*cornua vaccæ.*	Duplici vice compensans defectum Tlischæ.
ֵ פָּזֵר	Paser	*Dispergens,*	sc. membrum hactenus imperfectum, ut fiat perfectum.

Conjun-

Distinctivi seu Domini (מְלָכִים regentes.)

Conjunctivi seu Servi (מְשָׁרְתִים *ministrantes.*)

Figura,	*Nomen,*	*Significatio,*	*Potestas.*
־ָ מֶרְכָּא	Mærca	*Productor,*	Sensum Domini producit.
־ַ מוּנַח	Munach	*Quieté incedens,*	ut præparet Domino viam.
־ָ מַהְפָּח	Mahpach	*Vertens se*	ad Dominum suum.
־ֶ דַּרְגָּא	Darga	*Præceps*	graditur, ut Domino succurrat.
־ַ קַדְמָה	Kadmah	*Anticipans,*	ne Dominus extrudatur.
־ֶ יֶרַח	Jærach	*Luna,*	quia lumen mutuatur à Domino.
־ֵ תְּלִישָׁא קְטַנָּא	Tlischa-ktanna	*Evulsor parvus,*	ut se Domino subigat.

§. IV. Accentus ordinarie supra vocem locantur, uti vocales infra illam, exceptis Pausis majoribus ־ֽ ־ֽ ob loci commoditatem, & nonnullis ejusdem figuræ, ne scil. ־ֽ ־ֽ ־ֽ cum ־ֵ ־ֵ, nec ־ַ cum ־ָ confundantur.

§. V.

§. V. Ratione ſitus dividuntur accentus (1) in Præpoſitivos, qui primam vocis literam ſemper afficiunt; horum duo ſunt in libb. Proſis ֒ ֒ qui ante primam vocis literam locatur. פָּקַד חָבֹה & totidem in Metricis ֒ *Tiphcha anterior* לֹא, atque ֒ ante ſubjunctum Rbhiam רְשָׁעִים:

(2) In Poſtpoſitivos, qui ultimam vocis literam ſemper afficiunt, ut ſunt ֒, ֒, ֒, ֒, ut מְלָכָה, יָמִים, יְהוָה, יְקָם unus ֒ kadma occupat ultimam ſyllabam ſine reſpectu ad ultimam literam, הָעָם, וְאָמַרְתָּ Reliqui mutant ſedem.

Nota: quidam horum accentuum, ſcil. paſchta ſemper, ne cum kadma confundatur, cæteri nonnunquam, pro varietate codicum, leguntur geminati, quando a) vox eſt penacuta, ut וַיִּטָּעֵהוּ Eſ. V, 2. מַשֶּׁגֶת Lev. Cap. XIV, 21. וַיֹּאמֶר Gen. III, 14. b) ultima ſyllaba cum gemino ſcheva apparet, ut וְשָׁפַלְתְּ Eſ. XXIX, 4. שָׁמַעְתְּ Gen. III, 17. c) ultima ſyllaba deſinit in patach furtivum, ut רוּחַ Gen. VIII, 1.

(3) In differentiam τȣ̃ cholem, Rbhia medium literæ tenet, prioris puncto ad latus poſito, ut אֲרוֹן

§. VI. Tolerant accentus omnes vocales præter improprias; nam illi Schevati apponendi mutant hoc in vocalem propriam.

§. VII. Voces per abſentiam vocalium aut conſonantium eſſe compendifactas, teſtantur accentus ipſis præſentes.

§. VIII. Specialis Diviſio accentuum eſt.

1) ratione Diſtinctivorum, qui aliqvando dicuntur Regii, quando vocem ultra ordinarium ſenſum promo-

promovent; id quod sæpius vocalis productio aut mutatio indicat: & non-regii, quando nihil præter ordinariam consecutionem significant:

2) ratione Conjunctivorum, qui interdum distingvunt partim ut Legati, partim ut Vicarii.

§. VIII. Duo puncta :– qnæ terminum Versus constituunt, vocantur Soph-pasuk (סוֹף פָּסוּק) *finis Versus.*

§. IX. In Analysi Grammatica accentus solum linea perpendiculari notantur.

SECTIO II.

DE SYLLABA גֶּזֶר (*fragmentum.*)

§. I. Syllaba est combinatio literarum & punctorum constituens unum sonum justum.

§. II. Consideratur Syllaba quoad 1) structuram essentialem. 2) structuram accidentalem. & 3) orthophoniam seu intensionem ipsius.

SUBSECTIO I.

De STRUCTURA SYLLABÆ ESENTIALI.

§. I.

EX vocali propria & consonante constituitur Syllaba; Ideoque

1) Sola Vocalis non absolvit syllabam, uti fit in aliis linguis:

2) Sheva sive simplex, sive compositum cum consonante non efficit syllabam, e. g. אֱלֹהִים est monosyllabum.

3) Consonans carens puncto sive explicito sive implicito extra abbreviaturæ notam quiescit & syllabam non constituit.

§. II.

§. II. Omnis ſyllaba initium ſumit à conſonante, & non à Vocali: Hinc

1) ◻ finale ſubſtratum habens punctum chirek, poſt hoc punctum profertur, ut יְרוּשָׁלַם Jeruſchalaim; eſt enim ultima ſyllaba per ablationem ו ׳ abbreviata ſtans pro יְרוּשָׁלַיִם.

2) ו initiale pro וְ itidem compendifactum eſt, & legendum per וו

§. III. Syllaba perfecta conſtat

1) ex una Vocali longa & una conſonante, ut דָּ in דָּבָר.

2) Ex una Vocali brevi & duabus pluribusve conſonantibus ſive expreſſis, ſive ex alterâ dageſſata, ut לֶךְ in מֶלֶךְ | פִּקֵּד, פִּקַּדְתְּ, אֱלֹהַּ.

3) Ex una vocali longa & duabus conſonis, appoſito accentu, ut דָּבָר

4) Ex una vocali brevi & una conſonante addito accentu, ut מֶלֶךְ, וַאֲנִי

§. IV. Syllaba Imperfecta conſtans ex vocali longa & duabus conſonis, aut ex vocali brevi & una conſona, cui accentus non ſuccurrit, perit, ſubſtituto Scheva; ut פָּקַד, פָּקְדָה, תָּמְנוּ *conficimur* Jer. XLIV, 18. pro תָּמֹנוּ ex תָּמַמְנוּ

§. V. Creſcente voce decreſcit vocalis ſyllabæ, ut קֹדֶשׁ *ſanctitas*, קָדְשׁוֹ ſanctitas ejus.

§. VI. Syllaba eſt vel longa ſeu ſimplex (חֲבָרָה פְשׁוּטָה *junctura ſimplex*) qvæ deſinit in Vocalem, ut מָ־נָה, תֹּאבֶה;

Vel brevis ſeu compoſita (חֲבָרָה מֻרְכֶּבֶת *junctura compoſita*) quæ deſinit in conſonantem, ut פִּקֵּד, שְׂנוֹאת, בָּ | חָרְ | תָּ, פְּקֹד | נָה |

§. VII.

§. VII. Pereunte syllabæ compositæ literâ non perit statim vocalis; sed hæc, si conservabilis ad præcedentem literam rejicitur, ut à סָנַב fit סַב

SUBSECTIO II.

DE STRUCTURA SYLLABÆ ACCIDENTALI.

NOnnulla Syllabæ accidunt ratione Dagesch, quædam ratione literæ Quiescentis.

ARTICULUS I.

De RATIONE DAGESCH & quidem א.

Dagesch Lenis.

§. I. DAgesch Lenis imprimitur literis bgadcephat.

1) Extra Contextum, & quidem ab initio

(1) Libri, ut בְּרֵאשִׁית Gen. I, 1.

(2) Periodi & Propositionis, ut אֲבֹתֵינוּ בָּעֲבוֹר Cap. LXVI. 34. *Fuerunt viri pecoris -- tam nos, quam patres nostri: propterea.* Et

(3) Membri, ut אֱלֹהֶיךָ כִּכוֹכְבֵי *jam posuit te Jehovah -- sicut stellas*

2) Intra Contextum

(1) post accentum regium, ut Gen. XVIII, 12. וַתִּצְחַק שָׂרָה בְּקִרְבָּהּ *& risit Sarah intra seipsam.* Cantic. I, 9. Sic in Decalogo litera ת præcepti V. VI. VII. ob accentum regium accipit Dagesch; ob alterum verò, qui est servus, lin. raphe, ut לֹא תִּגְנֹב Exod. XX.

(2) post literam mobilem immediatè præcedentem,

dentem, ſive illa ſit expreſſa, ſive ſubintellecta: quoad expreſſam, ut, וַיַּשְׁבְּ, וַיַּחְדְּ, אֲשֶׁר תָּבֹא עַל־פְּנֵי: quoad ſubintellectam, ut אַתְּ pro אַנְתְּ, שְׁתֵּיו pro שִׁנְתֵּיו & שְׁתֵּיו. Ergo &

(3) poſt ה mappikatum, quia eſt litera mobilis, ut בְּצִדָּהּ תָּשִׂים, atque

(4) poſt literas י & ו mobiles, ut עֵינַי תָּמִיד Pſ. XXV, 15.

(5) Poſt vocem emphaticam, unde poſt יְהוָֹה & יְהוִֹה quod nomen venerabile & tremendum nunquam absque emphaſi apparet. Sic Eſ. XL, 7. נָשְׁבָה בּוֹ *ſpiravit in illud*, i. e. in omnem carnem & in omnem ſanctitatem ejus.

(6) Poſt vocem patheticam, ut וְנִלְאֵתִי כַּלְכֵּל *ut laboraverim continendo*. Jer. XX, 9. dum manifeſtat vehementem affectum ſuum reſolutionis atque ſtudii

(7) ob cacophoniæ evitationem in concurſu literarum, ut וַיְהִי בְּבֹאָם 1. Sam. XVI, 6.

§. II. Ex hiſce ſequitur, Dageſch L. literis non eſſe imprimendum

1) poſt vocalem immediatè præcedentem, ut וַיְהִי־כֵן Gen. I,

2) poſt Scheva quieſcens poſitum loco

(1) vocalis longæ, ut כִּדְבָרְיָה à דָּבָר, שִׁכְבִי à שְׁכַב pro שְׁכוֹב

(2) Scheva mobilis aut compoſiti, ut לִגְבוּל à גְּבוּל, יֶחֱרְדוּ à יֶחֱרַד

3) quando litera eſt vicaria, ut כ pro ת in דְּבָרְכֶם

4) In leni prolatione e. g. propter velocitatem affectus

affectus, ut אֲרַנֵּן בָּם Psal. LXVIII, 17. *ubi maximum instituitur gaudium, quod Messias in Ecclesia habitaturus sit:*

ב.
Dagesch Fortis.

§. I. Literæ quidem Gutturales recusant D. F. ob certas tamen causas illud in se recipere coguntur, uti lit. א quatuor & ר novem in locis impressum legitur. Sic 1. Sam. I, 6. in voce חִיעַמָּה idem punctum vehementissimum Peninnæ fremitum indicat. Pari modo Prov. III, 8. Ezech. XVI, 4. in hyperbolicis istis locutionibus emphatica h. m. expressio adhibetur.

§. II. D. F. occupat

1) Ordinariè vocis medium,

2) nunquam ipsius finem, quia ibi litera duplicari nequit; potius resectâ post Dagesch literâ, ipsum perit, ut à צַוֹּה fit צַו.

3) Extraordinariè initium vocis, quando hæc cum præcedente voce in unam coalescit: id quod accidit

(1) præcedente Linea Makkeph, ob quam ipsi nomen דָּגֵשׁ *coarctator* tribuitur, ut שְׁקָהֿ־לִי Schekalli, *osculare me* Gen. XXVII, 26.

Nota. Pro ista Linea sæpe adhibetur Crasis, ut מַהֿ־תְּלָאָה Mal. I, 12. *quid defatigatio*, pro מַה תְּלָאָה

(2) Non-præcedente Linea M. unde Dagesch audit אֹתִי מֵרָחוֹק *veniens è longinquo*; ut פַּעַלְתָּ לָנוּ paaltallanu, *operatus est nobis* Es. XXVI, 12. קוּמוּ צְאוּ *surgite exite* Gen. XIX, 14.

§. III. Dagesch Forte quia repræsentat literam, requirit ante se Vocalem brevem, nihilominus

nus hac in re ſalvâ ſyllaba diſpenſari poteſt, ut varias, ob ſuas rationes, induat formas: Nam locatur etiam

1) poſt vocalem longam (1) ob vocis diverſam ſignificationem, ut עֲרוּמִים *aſtuti*; ſed עֲרוּמִּים *nudi*.

(2) ob vocis ſonoræ ſyllabam nobiliorem, ut חָדֵלוּ pro חָדְלוּ.

2) Poſt literam quieſcentem (1) in emphaſi, ut וַיַּשְׁרֵם 2. Chron. XXXII, 30. & *direxit eos*, pro וַיְיַשְּׁרֵם in Facto extraordinario.

(2) In Affectu, e. g. in euthymia (erectione animi) ut תִּרְאֶינָה Mich. VII, 10. *videbunt*, תַּעֲנֶינָה Jud. V, 20. *reſpondebunt*.

3) Poſt vocalem brevem cum accentu, in emphatica pronunciatione, ut יֵחַתּוּ Job. XXI, 13. *deſcendant*, pro יִנְחְתוּ in expreſſione fati impiorum.

4) Poſt Scheva, quod inſimul in vocalem mutatur, vid. 1) (2) ſic יִצַּתּוּ Eſ. XXXIII, 12. pro יִוצְּתוּ *exurentur*.

5) In loco inſolito cui accentus non ſuccurrit, ut תִּתָּבַר 2. Sam. XXII, 27. *purum te exhibes*, pro תִּתְבָּרַר Pſal. XVIII, 27.

§. IV. Numerus Oratorius per Epentheſin fingit Dageſch, ut מִקְּדָשׁ pro מִקְדָּשׁ Exod. XV, 17. יִקְּרֵךְ 1. Sam. XXVIII, 10.

§. V. D. F. poſt vocalem longam ponendum 1) corripit illam in oppoſitam aut figuratè in aliam brevem, ut תֻּמִּים תֹּם, יַמִּים יָם v. Mutat. Vocal.

2) aut accipit accentum, ut הֵסֹבּוּ

§. VI. Pro vario munere varium ſortitur epitheton. Vocatur enim

1) Dageſch Characteriſticum, quando certam vocis formam indicat vel in prima vel in ſecunda radicali.

(1) Dageſch in prima radicali litera poſitum habet ſibi præfixum partim

a) Relativum הַ patachatum aut הִ chirekatum, aut שׁ pathachatum & ſægollatum, ut בָּרוּךְ הַבֹּא *benedictus qui venit*, שַׁדּוּן הִפָּקֵד *quod judicium* Job. XIX, ult. שֶׁשְּׁזָפַתְנִי *qui aſpexit me*, Cant. I, 16. partim

b) Converſivum ו futuri in literis תִּין, ut וַיָּעַף & volavit.

(2) In ſecunda radicali manifeſtat Conjugationes Piel, Pyal & Hithpâel.

2) Dageſch compenſativum, quando abjectam literam compenſat, ut אֶפָּקֵד pro אֶנְפָּקֵד, סַבּוּ pro סָבְבוּ קִצֵּי pro קִנְצֵי, בָּתִּים ex בַּיִת *domus*.

§. VII. Pro D. F. litera exprimitur, dum vox

1) fluit in oratione ordinario curſu, ne ſyllaba ſyllabæ dominetur, ut וְאֶת־עַמְמֵי Nehem. IX, 24. Sic נָבֹזָה 1. Sam. XIV, 36. *prædemur*, pro נָבֹזֹה, וַיְהִי pro וַיֵּהִי, וַיִּתְפָּקְדוּ pro וַיִּתְפַּקְּדוּ;

2) attendit ſyllabam per moram Mæthægi, ut הַלְלוּ pro הַלְּלוּ

3) ſonoram ſe ſiſtit efficiendo ſyllabam nobiliorem, ut וַיַּכְּתוּ Deut. I, 44. & contriverunt, pro וַיֶּכְתּוּ

4) commendat affectum, e. g. Job. XIIX, 2. Bildadus Schuchita per Ethopoëiam rhonchiſſans apprimè in קִנְצֵי pro קִצֵּי introducitur: *quousque tandem imponetis fines verbis.*

§. VIII.

§. VIII. Syllaba τῷ Dageſch viduata maritatur aut vocali longæ, aut accentibus, ut הָאֶרֶץ pro הַאֶרֶץ, הַלְלוּ ſec. Subſ. I. §. 3.

Nota: Leges ſyncopati Dageſch vi oppoſiti judicentur.

ג.

τῦ *Mappik.*

§. I. Mappik etiam Dageſch Enunciativum vocatur à fine impreſſionis,

1) ob differentiam ה affixi ſingul. fœmini ut בְּנָהּ *filius ejus*, & interjectionum אַהָהּ, הַהּ ab ה paragogico;

2) ob compenſationem literæ ה abjectæ in 4. verbis ה geminatæ, וַתֵּכַהּ Job. XVII, 8. à כָּהָה, וַתֵּלַהּ Gen. XLVII, 13. à לָהָה, מִתְמַהְמֵהַּ 2. Sam. XV, 28. à מָהָה, נֹהַּ Ezech. VII, 11. à נָהָה:

3) ob evitationem confuſionis vocis cum voce, ſic גָּבַהּ *extulit* cum ſuis derivatis, diſcernitur ab iis quæ à גּוֹב deſcendunt.

4) In emphatica vocis elatione, יָהּ & אֱלֹהַּ ſemper: aliquando in aliis, ut כְּבִכּוּרָהּ Eſ. XXIIX, 4. ſicut *fructus præcox*.

§. II. Abeſt hoc punctum 1) quando illud ה movetur, tunc ejus ſonus fit perceptibilis, ut à גְּבֹהַּ, גְּבֹהוֹת

2) in cacophonia, ut הֶשַּׁמָּה Lev. XXVI, 34. *deſolari ejus* ubi vox jam binis Dageſch multiplicata eſt.

3) In defectu emphaticæ elocutionis; nam alia ratio loquendi eſt e. g. da *ILLI* librum; & alia: *DA* illi librum. Hoc eſt, quod Maſorethæ obſervant, punctum 18. in locis deficere inſcribendum.

ARTICULUS II.

De RATIONE LITERARUM QUIESCENTIUM.

§. I.

QViescentes dicuntur literæ, non quod nunquam legantur, sed quod quiescere possint; hinc integræ voces ex meris constant quiescentibus, ut וְהוֹה, הָיָה

§. II. Quiescentes ordinariè quiescunt in vocalibus longis, ut מָצָא; Interdum in vocalibus brevibus, ut פֶּלֶא *mirabilis.*

§. III. Quies illa datur in medio & fine vocis, nunquam ab ejus initio: & quidem

א in medio & fine 1) post omnes ferè vocales, ut בָּאתִי, רֵאשׁוּת, רֹאשׁ. מָצָא, פֶּלֶא, הִוא, הוּא.

2) post literas mobiles, ut שָׁוְא, גַּיְא, חֵטְא.

ה non-mappikkatum in fine post ד ·· ∵ & ו ut חָזָה, מַחֲנֵה, גּוֹלֶה, גָּלָה.

Nota: Nomen proprium ex duabus vocibus compositum concedit ה medianum quiescens, ut עֲשָׂהאֵל græcè ἀσαὴλ 2. Sam. II. 18.

ו in medio & fine, quando est fulcrum ד ו & ו, item post · breve ד: & ׃ ut אוֹרוֹ, קוּם, אֶשְׁקֳטָה, הִוא, יָקוּמוּ. Post heterogeneam legitur, ut עֵשָׂו Esav.

י in medio & fine post ד ·· ∵ & Scheva, ut עֵינָיו, בִּימֵי, דְּבָרֶיךָ, שַׂמְתִּי

Post heterogeneas vero י legitur, גּוֹי goi, תָּלוּי talui, שַׁדַּי schaddai, אֲדֹנָי Adonai.

§. IV. L. Q. aliquando quiescunt mediantibus aliis, ut גֵּיא *vallis.*

§. V.

§. V. Usus omnium est:

1) Manifestant & conservant in derivatis radices, ut בְּרֵאשִׁית est ex רֹאשׁ.

2) Syllabæ quantitatem vi moræ perficiunt, ut פֶּלֶא

3) In genere syllabæ moram injiciunt; quæ si non toleranda, quiescens abjicitur, ut מֵבִי *adducens*, 1. Reg. XXI, 21. pro מביא in vehementi affectu indignantis.

§. VI. Imitantur literas אהוי & aliæ consonantes; ut יְשַׁשְׁכָּר Gen. XLIX, 14, græcè Ἰσαχὰρ Apoc. VII, 7. מַחְצְרוֹת 2. Chron. XXIX, 28. ne cacophonia oriatur.

SUBSECTIO III.

De INTENSIONE SYLLABÆ.

§. I.

SYllaba acuenda sub nomine Toni vulgò comprehendi solet, acsi illa ab accentibus tonicis dependeat. Verùm cum hujusmodi accentus in contrarium sæpius agunt, sedes ejus ex alio fonte quærenda est. Nam

1) quælibet vox polysyllaba requirit jam extra consecutionem accentuum syllabæ elationem.

2) Accentus geminati, e. g. duplex Paschta, non efferuntur secundum diversas syllabas.

2) Accentus duplicati, e. g. in Decalogo, quorum alter præceptum, alter versum observat, non curant syllabas.

4) Accentus compositi vi scansionis in metro bis canuntur.

5) quidam accentus immobiles sunt fixam in voce tenentes sedem.

6) Omnes accentus inserviunt contextui & oratorio cantui etiam ultra secundam à fine vocis syllabam incipiendo.

7) Modulatio tamen succurrit sæpe syllabæ defectui, significationi vocis &c.

§. II. Intensio Vocis tantum invenit locum in ultima & penultima syllaba: prior intensa vocatur מִלְרַע, penultima verò מִלְעֵיל.

§. III. Syllabæ quantitas est norma intensionis, cujus regulæ hunc servant tenorem:

1) Syllaba longa intenditur, ut קֹדֶשׁ, מִצְפָּה

2) Si ultimæ ambæ sunt longæ, penultima est acuenda, ut תּוֹרוֹ וְכֹחוֹ

3) Syllabæ excessus aut defectus intenditur, ut מֶלֶךְ, דָּבָר. Sic יָשׁוּבוּן revertentur Ps. CIV, 29. alias יָשׁוּבוּ

4) Syllaba per vocalium alternationem mutata, pristinam retinet elationem, ut תִּשְׁבֹּר pro תִּשְׁבֹּר, Sic syllaba brevis præteriti kal פָּקַד, pro פָּקֹד ad formam וְכָל. אוֹצָר construstè, pro אוֹצָר absolutè.

5) Si affixum pronominis in statu separato habuit syllabæ intensionem, retinet illam in affixo statu, ut דְּבָרוֹכֶם, פְּקֻדֹתֵיכֶם, ex אַתֶּם.

6) Voces ejusdem vocabuli, aut ejusdem affixi per diversam elationem discernuntur; scilicet

(1) Verbum à Nomine, ut נִסַּבָּה est participium Niphal; נְסַבָּה præteritum Niphal. Sic רָמָה *extulit*, רָמָה *excelsa*.

(2) Ver-

(2) Verbum à diversa significatione, ut תִּשָּׁמֵר Es. VII, 4. *Conside in fecibus*, bleib auff deinen Hefen. תִּשָּׁמֶר Exod. XXIII, 2. *cave tibi à faciebus ejus.*

(3) Affixum verbi ab affixo nominis: nimirum תִּי & תָּ in verbis sunt penacuta, in nominibus ὀξύτονα, ut פָּקַדְתִּי, שַׁאֲגָתִי *rugitut mei.*

7) Litera compensanda intenditur, ut מִמֶּנִּי, יִסַּבּוּ.

8) Emphasis & Pathos extraordinaria elatione produntur, ut נָטָפוּ pro נָטְפוּ, utrumque legitur Jud. V, 4. i. e. *non tantùm nubes, sed & cœli stillarunt.* שׁוּבָה Jer. III. 12. in excitanda attentione; aliàs שׁוּבָה Num. X, 36. עוּרִי Es. LI, 9. c. LII, 1.

9) וּ Conversivum Præteriti extraordinariè profertur, ut וְשָׂמוּ Num. IV, 5. וְרַבָּה *& multa fuerit* Es. VI, 12.

10) Ob sequentem cantum mutatur àntecedens intensio, ut קָרָא לָיְלָה pro קָרָא Gen. I, 5.

11) Syllabæ in vocalibus brevibus & consonis æquales amant Milra, ut אַתֶּם.

12) In peregrinis consulendus est usus, ut אַרְתַּחְשַׁסְתָּ Ahasverus, secundum dialectum chaldaicam.

SECTIO III.

DE VOCE (מִלָּה)

VOx consideratur partim in circumstantia, partim in substantia sua.

SUBSECTIO I.

De CIRCUMSTANTIIS VOCIS.

CIrcumstantiæ vocis sunt tres Lectio, Scriptio & Notæ marginales,

ARTICULUS I.

De LECTIONE VOCIS.

§. I.

HEbræi legunt retrorsum à dextra versus sinistram, ut בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *in principio creavit DEUS.*

§. II. Consonæ prius leguntur, quam Vocales, ut וָבֹהוּ Vabhohu.

§. III. Literæ vocalibus destitutæ non exprimuntur, moram tamen pronunciationi inferunt, ut הִוא hi, non hiv. גֵּיא gē, non gei.

§. IV. Fulcrum τȣ̃ cholem (וֹ & וּ) stat pro consona, quando antecedens consona est punctata, ut עָוֹן avon, קָוֹם kavvam.

§. V. Litera שׁ in sinistro & dextro cornu sæpe gerit punctum cholem

1) (שִׁין יָמִין) in dextro cornu præcedente consona absq; vocali, נשֶׁה noschæh, פשֵׂק posek;

2) (שִׁין שְׂמֹאל) in sinistro cornu carente שׁ vocali, ut שֹׂנֵא sone, שֹׁמֵר schomer.

§. VI. Punctum cholem incumbit fulcri sinistro lateri, ne cum accentu Rbhia confundatur, ut עָוֹן.

§. VII. Fulcra Vocalium יִ, וֹ, וּ moram tenent literæ quiescentis, quæ minuitur

(1) correpta vocali & abjecto fulcro, ut אִישׁ *vir*, אִשָּׁה *fœmina*, pro אִישָׁה

(2) correpta vocali & retento fulcro, ut וָאֶקָּולָה & *appendi* Esr. IIX, 25.

(3) Servata Vocali & abjecto fulcro, ut אֶפְקֹד Jer. V, 9. pro אֶפְקוֹד Hos. IV, 14.

3) Ratio

2) Ratio diverſitatis eſt (1) correctio moræ, ne hæc fiat indecora, e. g. ante Dag. Forte, literam ſchevatam & accentum, ut וְדֹמּוּ *ſilete*, פְּקֹדְנָה, יִשְׁמֹלוּ, שֻׁעָלִים *vulpes* Pſ. LXIII, 11.

(2) Vocis diverſus ſignificatus, ut עֹלוֹת *ſacrificia*, & עוֹלוֹת *perverſitates*.

(3) Nervus vocis per ejusmodi ſyllabam manifeſtatus, ut אָמְרֻ 1. Sam. XIII, 19. *dixerunt*. Sic divina nomina אֲדֹנָי, יְהוָה, אֱלֹהִים ſemper apparent absque fulcro, quia æqualem ſyllabarum attentionem requirunt.

§. VIII. Nominis יהוה pronunciatio multis religioni ducitur, qui illud per Adonai efferunt. Verum hæc ſententia ſapit Judaicam ſuperſtitionem: nam 1) expreſſis verbis Exod. III, 15. hujus nominis prolatio præcipitur.

2) Nomen Jehovah non habet cum nomine Adonai easdem vel vocales vel conſonantes.

3) Auditor confunderetur, ſi Orator legeret Adonai & ageret de Jehovah.

4) Manus denique illud pingens majori gauderet privilegio, quam os idem præteriens.

§. IX. Figura ד ordinarie valet vocalem longam, aliquando etiam vocalem brevem, nim. ד chatuph, de qua ſequentes regulæ:

(a) ד chatuph 1) privatur quidem duobus punctis ante Scheva expreſſum aut ſubintellectum, ut קָרְבָּן korban, חַנֵּנִי chonneni; nihilominus 2) ipſi duo puncta ſequente Scheva præmiſſa ſunt, ne ſyllabæ arctius contrahendæ Mæthægus implicitus includi videatur, ut חֲנֵנִי Pſ. IV, 2. 4. בְּקָרְאִי beko-rei.

(b) Legitur autem figura ת ut ת chatuph, quando immediate sequitur Scheva sive expressum sive subintellectum sine tonico accentu:

1) Sequente Scheva (1) simplici, ut קָדְשִׁי kodschi; (2) Composito chateph kametz, ut חָעֳמָד hoomad: וְחֳלִי vo-chŏli, אֳהָלוֹ o-hŏlo

2) Sequente Scheva subintellecto, & quidem

(1) ante Dagesch Forte, ut רַנִּי ronni,

(2) ante Lineam Makkeph, ut כָּל־ col,

(3) ante consonam mobilem finalem, ut וַיָּקָם Vaijakom. Veruntamen:

(c) Litera compensanda & quæ ex cholem non orta servat ת longum, ut הַ patachatum sequente Dagesch forti ante gutturalem accipit ת longum, חֲחֲרֹבוֹת hachorabhoth, בָּעֲנִי baoni, pro בְּהָעֲנִי. Sic בַּתִּים battim compensat amissum יְ ex בָּיִת. מָחֳרָת machŏrath, quia derivatur ex מָחָר.

ARTICULUS II.

De SCRIPTIONE VOCIS & ABBREVIATURIS.

§. I.

HEbræi scribunt à dextra versus sinistram, ordine scl. naturali, quo pigmentum simul oculis subjiciant.

§. II. Literæ sunto transversim crassiusculæ, deorsum tenuiores.

§. III. Singulæ literæ seorsum locantur, & non nectuntur inter se invicem, uti Syriacæ & Arabicæ.

§. IV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0054
DFG

§. IV. Omnes literæ gaudent æquali longitudine præter לִיק, quarum ל suprà ordinem excedit, י inferiorem basin non tangit, ק inferiorem basin transgreditur.

§. V. Omnes tamen literæ semel minimùm inverso ordine apparent, quæ ob antiquitatem, cum masorethas quoque Tyberienses superant, servandæ sunt. Illas repræsentare attententionis notam probabile est. Hæ dividuntur in

1) Majusculas, ut Deut. VI, 4. ע in voce שְׁמַע, indicat excitationem super dicto maximi ponderis de DEO Trinuno habendam, ne quis in idololatriam degeneret.

2) Minusculas, ut Gen. XXIII, 2. כ diminutum in voce וְלִבְכֹּתָהּ *& ad deflendum eam*, insinuat Abrahami luctum super defuncta uxore moderatum.

3) Suspensas, ut Jud. XVIII, 30. נ in voce מְנַשֶּׁה, q. d. tantæ familiæ filius dæmonicola factus.

4) Inversas, quarum duæ impropie dicuntur literæ; nim. figura ן bis posita Num. X, 35. & c. II. 1. fingens נ. Nun inversum nihil aliud significat quam notam discernentem ea, quæ ad nexum historiæ non pertinent. Inversæ propriè sic dictæ sunt, quando finalis pro mediana & vice versa ponitur; e. g. ם finale in vocis medio Es. IX, 6. לְמַרְבֵּה innuere volunt regni Christi dilatationem: מ medianum in fine vocis הַמ Neh. II, 13. prodit ה paragogicum, in Numero oratorio abjectum subintelligendum esse: נ medianum in מִנ Job. XXXVIII. 1. Cap. XL, 8. subaudit Synæresin cum sequenti voce.

§. VI.

§. VI. Vox in fine lineæ non divellitur, ſed in hujus ſupplementum

1) dilatat unam ex 5. literis אהלם ת; quod ſi harum nulla adeſt,

2) ſibi adjumento ſunt literæ biformes, quæ ſi non ſufficiunt

3) prima litera ultimæ vocis ponendæ in lineæ fine absque vocali relinquitur, qvæ in ſequenti linea cum integra voce repetitur.

§. VII. In rebus per ſe notis uſurpantur quoque Scripturæ compendia, quæ abbreviaturæ (רָשֵׁי תֵיבוֹת) vocari ſolent, & ſunt

1) Ultima litera carens Schevate, quia per ſe notum eſt, illam ad præcedentem literam pertinere, ut פָּקַד:

2) Dageſch Forte, quod poſt alias ſignificationes eſt inſtar abbreviaturæ.

3) Meræ Vocales absque conſonantibus tum in integra voce, tum in ejus parte, vel cum - vel ſine accentu, ut ֶ ֵ : Jud. c. XX, 13. pro בְּנֵי, ֶ — ֵ Ruth. III, 5. pro אֵלַי, ד: 2. Reg. XIX, 31. pro צְבָאוֹת conf. Eſ. XXXVII, 32. Sic הַמֶּלֶךְ 1. Reg. XV, 18. pro הַמֶּלֶךְ, הַחֲנִית 1. Sam. XXVI, 24.

4) Meræ Conſonantes absque Vocalibus tum in integra voce, tum in parte ipſius. Hoc modo Numer. caput ſeptimum ferè totum conſcriptum eſt, ſcil. in verſibus in quibus eadem repetuntur: ſed quæ de novo accedunt ſuis vocalibus notantur. Sic מֵא·ן 2. Reg. V, 25. pro מֵאַיִן, תֵּמֹר 1. Reg. IX, 31. pro תַּדְמֹר.

5) Nonnullæ conſonantes quibus adjunctæ ſunt omnes

omnes vocales, ut אֲנַוְּ pro אֲנַחְנוּ Jer. XLII, 6.

6) Vox una comprehendens duas, quarum alteram vocalis, consonans alteram indicat, e.g. in Verbis, quæ sunt simul diversæ radicis, conjugationis & temporis. It. in voce יהוה cum punctis Adonai aut Elohim notata. Sic עַבְדֶּו 2. Sam. XIV, 21. pro עַבְדוֹ & עַבְדְךָ aut עֲבָדֶיךָ ita ut priores vocales respiciant ad personam proximam. B. D. Lutherus: Verbum *Servi sui*; D. S Schmid. *Servi tui.* Vox utrumque affixum comprehendit, *Servi sui* & *Servi tui*, aut (quoad ultimum) absque Tautòlogiæ suspicione, *Servorum tuorum*, ut sit sensus: *quod facit Rex verbum servi sui, etiam eorum qui sunt tui.* בֵּעֶבֶר Jos. XXIV, 15. pro בְּמֵעֶבֶר *in* (terrâ) *post transitum.*

7) Duo accentus unius vocis qui duplicem habent intentionem. vid. Accentuatio duplicata.

§. VIII. Aliquando litera carens vocali, commodè non profertur; ideo debet illa in explicatione subintelligi, ut בַּבֵּית 2. Reg. XXII, 5.

ARTICULUS III.

De NOTA MARGINALI keri respectu Cethibh (קְרִי כְּתִיב)

§. I.

Tò keri scribitur in margine per ק׳ cum linea transversa, aliquando & integre קְרִי.

Tò Cethibh autem est circellus intra lineas Textus voci supernè impositus. Prior vox significat lectum, posterior scriptum, i. e. vocem circelli, seu

Cethib

Cethibh esse ut ajunt, ad normam vocis keri legendam aut explicandam.

§. II. Numerus harum marginalium est incertus, nec ipsæ notæ in omnibus Judæorum MSSC. sunt curatæ.

§. III. Non sunt abs autoribus Scripturæ derivandæ, hi enim varias potius lectiones sustulissent. Reperiuntur tamen nonnullæ ante Masorethas Tyberienses, aliæ ab ipsis Tyberiensibus, aliæ abs aliis appositæ.

§. IV. Intentio prima inventoris fuit conservatio fontis & brevis expositio locorum difficilium.

2) Crescente cum seculis superstitione immixta fuit superstitiosa verecundia & honestas.

3) Ab omnibus tamen discrepantia codicum observata fuit.

§. V. Cautioribus utuntur consiliis, qui sequuntur τὸ Cethibh tam in lectione, quam in explicatione: Nam aut keri marginale est authenticum, aut Cethibh textuale. Si illud, ergo semper eligendum, quod patroni τῷ keri non semper fecere. Si verò Cethibh, quod extra dubium, est authenticum, ergò hoc unicè servandum.

2) Chaldæis Cethibh sola fuit norma paraphrasin adornandi.

3) Neqve accentus ad mensuram keri dimensi sunt; destructo igitur uno accentu destruitur tota consecutio.

3) τὸ keri aliquando contradicit τῷ Cetiph, quod quam longissimè abest à Stylo Spiritus S.

5) Denique toleratur Keri, in quantum explicationi τῷ Cethibh sæpe inservit. SUB-

SUBSECTIO II.

De VOCE IPSA, & EJUS AFFECTIONIBUS.

ARTICULUS I.

DE ORIGINE VOCIS.

Vox eſt vel Primitiva, vel Derivativa.

א.

Vox Primitiva ſeu Radix. (שֹׁרֶשׁ)

§. I. RAdix eſt vox ſuæ originis, nec ullam ſe priorem agnoſcens.

§. II. Radix conſtat partim ex binis, partim ternis literis, ut שָׁם *ibi*, דָּבַר *locutus eſt*.

§. III. Non omnes radices in S. Bibliis occurrunt, in analyſi tamen finguntur, quæ deſiderantur.

§. IV. Regulæ de Inveſtigatione Radicis manent inabſolutæ, quamdiu Derivata ſuas radices nondum invenerunt omnes; nec voces hunc in finem ſunt formatæ, ut certos radicis poſt ſe relinquant characteres. Verſus hactenus uſitati aliqvod ſubſidium promittunt, quos unà cum illuſtratione apponemus:

1) Abjice *Serviles*, & *tres* ſi forte ſuperſint, Radicem vocis noveris eſſe tuæ.	1) לִדְבָרִים, נִפְקְדוּ
2) Si tantum remanere *duas* conſpexeris, adde *Nun* vel *Jod* capiti, vel dato *Vau* medio.	2) וּגְשׁוּ præpoſ. נ, הִצַּבְתָּ præp. י בַּנְתֶּם poſita ו in medio.

3) Aut

3) Aut *He* postponas, aut conduplicato *secundam Nun* vel *Thau* calci rite memento dare.

4) *Unica* sed remanet mihi litera, quando removi Serviles, radix dic age, qualis erit? *Nun* da principio, vel *Jod* superadde quiesens, *He* fini, radix inde petita venit.

3) וְגָלוּ postpos. ה, סְבוֹנוֹ duplic. Ilda נָתַתִּי postpos. נ כָּרַתִּי postpos. ת.

4) תְּמוּנָה subjuncta ה & ב præmissa.

נוּרִים subjuncta ה & ו præmissa.

5) Quicquid analogico normæ discedit abusu. Hoc exercitium lector amice docet.

§. V. Radix est sæpe Nomen, sæpius Verbum, aliquando Particula.

ב.

Vox Derivata. (שֵׁם נִגְזָר *nomen decisum.*)

§. I. Vox Derivata est, quæ originem suam aliunde traxit, ut מִזְבֵּחַ *altare*, à זָבַח *sacrificavit*.

§. II. Derivatio fit tribus modis:

1) Solâ radicis vocalium mutatione, ut הֶבֶל *vanitas* ex הָבַל *evanuit*;

2) Literarum, quas Serviles nominant, additione, quæ voci (1) præmittuntur, ut מִשְׁפָּט *judicium*, à שָׁפַט *judicavit*.

(2) à fine adjiciuntur, ut נְדָבָה *magnificentia*, à נָדַב *sponte elargitus est*;

(3) præmittuntur & simul adjiciuntur, ut מַמְלָכָה *regnum*, à מָלַךְ *regnavit*;

(4) inseruntur, ut עָזּוּז *robustus*, ex עוּז *robo-ravit*;

(5) inse-

(5) Inseruntur & à fine adduntur, ut יַלְקוּט *pera*, à לָקַט *collegit*:

3) literæ ipsius radicis abjectione, ut חֵן *gratia*, à חָנַן *gratiam fecit*.

ARTICULUS II.

De SIGNIFICATIONE VOCIS FORMALI & MATERIALI.

§. I.

SIgnificatio Formalis est abstractio conceptus generalis, ex radice sese in subjectas species aut derivata diffundens, i. e. omnes voces quæ descendunt ex una radice, debent idem habere formale radicis.

Materialis significatio est illa, quam contextus suppeditat.

§. II. A formali significatione non est discedendum, nisi contextus aliter suadeat, ut Deut. IV, 2. *Non addetis quicquam super verbum:* Pontificii תּוֹ עַל explicant per *contra*, ut defendant suas traditiones. Quamvis illa particula varias admittat significationes, e. g. *juxta*, *versus*, *ad*, *coram*, *in*, *erga*, *contra*; nihilominus significatus *Super* est formalis, qui sine urgente necessitate non deserendus.

§. III. Corroboratio significationis vocis bifariàm distribui potest, in viam propinquam & remotam.

1) Per viam propinquam procedunt loca parallela, contextus, analogia fidei, inductio & vocum opposita. Exempla in Hermeneutica S. prostant; de ultimo momento unicum addere licet: Ps. CII, 27.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn864218060/phys_0061
DFG

ſuper voce אבדו quæritur, num interitus mundi, ſubſtantialis ſtatuendus ſit, an accidentalis quoad ejus qualitates? Reſp. Cœlum & terra peribunt, qua ratione DEus manebit & conſiſtet. Sed DEus nulli ſubeſt mutationi, Mal. III, 6. ergò, vi oppoſitionis, hoc univerſum ita mutabitur, ut ejus conſiſtentia planè pereat.

2) Per viam remotam procedunt filiæ linguæ Hebrææ, verba cognata, ritus & hiſtoria. Sic vocem גּאל ex r. גאל feliciter explicat Cramerus in Theologia Joëlis L. I. p. 11, quod ſit jure propinquitatis rem aut perſonam vindicare, & animo, quem ſangvinis nexus imperat, verſus eam agi, eandem, ut propriam ſibi aſſerere, pretio dato redimere, & jus ejus, quod ipſa vincere non poterat, perſequi.

Cætera in Hermen. S.

§. IV. Nulla datur vocum Synonymia totalis, plures aliàs res unius formæ ſpecificæ eſſent capaces; foret etiam aliqua vox fruſtranea & gratis data: Spiritus S. autem nuſpiam ſine ratione utitur hâc illave voce.

§. V. Vocum Antiphraſes non ſunt fingendæ, v. c. נֶפֶשׁ *animam* Levit. XIX, 28. volunt καὶ ἀντίφρασιν corpus exanime denotare: *non facietis inciſionem in carne veſtra propter animam*, ſit vertendum; propter mortuum corpus. Planus è contra hic emergit ſenſus: *non facietis - - propter animam*, ſc. à corpore ſolutam. Nec datur Synechdoche partis pro parte.

§. VI. In libris paulo ante- & circa-, uti & poſt captivitatem Babylonicam leguntur voces Hebrææ

bræ ad analogiam formæ Chaldaicæ exaratæ, e. g. adest terminatio nominis pluralis numeri יִן pro יִם ur מַלְכִין; it. הָ Præteriti fœmin. mutata est in תְ, ut אֲזָלַת, quarum ratio passim infra patebit.

§. VII. Quædam Scripturæ Veteris T. sunt pure-chaldaica, in Versiculis nimirum ducentis & sexaginta octo, quorum in Daniele numerantur ducenti, â versu 4to capitis secundi ad 8vum usque caput; in Esra sexaginta septem, à capitis 4ti versu 8vo ad 24. inclusivè; Caput verò 5tum totum est Chaldaicum, & in sexto initium iterùm sumitur à v. 1 - 18. incl. in 7timo à v. 12. - 26. incl. Denique unicus adhuc supereſt versus chaldæus, qui Jeremiæ capitis decimi est undecimus.

2) Quod in Jobo Arabica & Syriaca contineantur, negant, qui sunt in iisdem lingvis versatissimi: Sam. Bohlius Disp. 1. de Minist. Sensus inquit: *quæsivi Syriaca & Arabica, inveni Hebræica.*

§. VIII. Vox consonantibus ultra numerum radicis aucta, quando 1) geminat secundam & tertiam radicalem, significationis μείωσιν attendit; ut שְׁחֹר *niger*, שְׁחַרְחֹרֶת *subnigra*;

2) sed primam & secundam radicalem geminat in significationis αὔξησιν, ut יָפָה *pulcher fuit* וַיְפִיפִית *valdè pulcher es.*

§. IX. Vocalium Variatio uti & accessus literarum servilium distinctam vocis formant significationem, ut à דָּבַר *locutus est*, fiunt דָּבָר *verbum*, דֶּבֶר *pestis*, מִדְבָּר *desertum.*

ARTICULUS III.

De VOCIS STATU.

VAriatio literarum ſervilium & vocalium afficit vocem vario ſtatu: quæ variatio in illis dicitur Diſpoſitio partim propria, partim figurata: in his verò, Mutatio vocatur, partim homogenea, partim heterogenea.

(א)

Diſpoſitio literarum ſervilium.

(α) *Diſpoſitio literarum ſervilium Ordinaria.*

§. I. Literæ Serviles ſunt XI. מֹשֶׁה וְכָלֵב, אֵיתָן ſic dictæ non qvod ſemper ſerviant, ſed quod ſervire poſſint; unde & indifferentes audiunt, quod modo radicales ſint, modo ſerviles, e.g. radix בָּנָה conſtat ex meris ſervilibus. Hinc regula:

Serviles poſſunt radicales fieri, at radicales nunquam fiunt ſerviles.

§. II. Serviles ſerviunt 1) ab initio, tres, לְבָשׁ
2) ab initio & fine quinque אֶהָמְכֵּן
3) ubique tres יוֹת

Nota: Litera ט poſita pro ת ſervili in Hithpaël ſimul ſervit.

§. III. Vocales ſervilium ſunt partim
1) propriæ ſub הַ, מִ, שֶׁ; partim
2) impropriæ ſeu Scheva ſub אֲ, בְּ, וְ, וְ, כְּ, לְ, נְ,

§. IV. Dividuntur L. S. in
1) Eſſentiales, mem. c. Heemanticas, quæ
(1) ſunt הֶאֱמַנְתִּיו, & ingrediuntur vocis eſentiam; nam a) ex

a) ex Verbis faciunt Nomina, ut à זָרַע fit אֶזְרוֹעַ *brachium*,

b) in nominibus formant Numerum & Genus, ut דָּבָר in plurali דְּבָרִים; אִישׁ mascul. אִשָּׁה fœmin. טוֹב *bonus*, mascul. טֹבָה *bona* fœmininum.

c) Constituunt quoque in Verbis Conjugationes, Tempora & Personas, ut à פָּקַד *visitavit*, נִפְקַד *visitatus est*, אֶפְקֹד *visitabo*, פִּקְדוּ *visitate*;

(2) Si voci præponuntur Præformativæ, si postponuntur, Afformativæ dicuntur:

2) Extraessentiales, mem. c. מֹשֶׁה וְכָלֵב, quæ

(1) sunt particulæ decurtatæ, sine quibus vox consistit integra, ut לִפְקֹד *ad visitandum*, ubi Infinitivus sine ל perfectus est.

(2) Si illæ vocis initium formant, Præfixæ, si finem, Syffixæ nominantur.

(β) *Dispositio literarum servilium Figurata.*

§. I. Figuræ sunt illæ Etymologicæ, quæ partim cum sola litera, partim cum integra syllaba apparent; quibus & nonnullæ Syntacticæ junguntur, infrà plenius tractandæ.

§. II. Literæ Serviles illas formantes præcipuæ sunt אֶהֱוִינוֹת & hoc loco attendendæ; ratione status voci occurrunt & aliæ, quæ nonnisi obiter hoc caput ingrediuntur.

§. III. Figuras conficiunt

1) Numerus Oratorius consistens in

(1) Euphonia, quæ dirigit a) justam vocis qvantitatem

* in incremento ipsius & decremento,

** in compensatione literæ extrusæ,

*** in significata vocis expressione; b)

b) gratam consonantium collisionem, &
c) usum loquendi:

(2) Moræ prorogatione, derogatione, & permutatione.

(3) formatione nobilioris syllabæ in voçe sonorâ.

2) Emphasis.
3) Pathos.
4) Vocis diversus significatus.
5) Vocis variæ affectiones.
6) Commoditas alterius figuræ.

Nota: De omnibus fiant quædam exempla, ut singula judicentur.

§. IV. Seqvuntur Figuræ, quarum

1) Prosthesis, quæ præponit vocis initio literam aut syllabam, e. g. in emphatica expressione, ut אָדוֹשׁ Es. XXIIX, 28. *triturando*, pro דּוֹשׁ

Nota: Plurima, quæ videntur ad prosthesin pertinere, sunt aut nomina, aut nominis diversi status mediante literâ servili formati, ut שַׁלְהֶבֶת Job. XV, 30. *surculum ejus arefaciet, quod flamma* (dicitur)

2) Aphæresis, quæ vocis initio literam vel syllabam auffert e. g. (1) in affectu vehementi, ut וְשַׁבְתִּי Ps. XXIII, 6. *& habitabo* pro וְיָשַׁבְתִּי, רַד Jud. XIX, 11. pro יָרַד, שׁוֹב, Jer. XLII, 10. *manere*, pro יְשׁוֹב. Sic ob fervorem imperantis, ut דַּע Gen. XX, 7. *scito*, pro יְדַע; שָׂא *tolle*, pro נְשָׂא; שִׂים *pone*, pro הָשֵׂם.

(2) Voce nimium crescente, unde ה Hiphilicum mediæ quiescentis sæpissime abjicitur, ut רִיבוֹתָ pro הֲרִיבוֹתָ.

3) Epen-

3) Epenthesis, quæ medio vocis addit literam aut syllabam, v.g. (1) in emphatica rei repræsentatione, ut לְדַרְיוֹשׁ Es. X, 16. pro לְדָרוֹשׁ. לָמוֹ Es. LIII, 8. pro לוֹ in plagæ nervosam applicationem שָׁתוּ Psal. XLIX, 15. *posuerunt*, pro שָׁתוּ Exod. XXXIII, 4.

(2) In numero orat, ut תְּשֻׁבֵינָה Ez. XVI, 55. *revertemini*, pro תָּשׁוּבֵנָה ob moræ transpositionem.

(3) Ob nobiliorem syllabam vocis sonoræ. Sic תִּנְדֹּף Ps. LXVIII, 3. *impelles*, pro תִּדֹּף; הִתְנַחֵל Num. XXIII, 18. pro הִנָּחֵל Videantur & קָאם Hos. X, 14. pro קָם. גָּבְהוּ Job. XXXV, 5. pro גָּבוּ; תַּאֲמִינִי Esa. XXX, v. 21. *ad dextram discessistis*, pro תֵּימִינִי

4) Syncope, simplex seu Elisio, & composita seu Crasis, quæ è medio vocis literam aut syllabam tollit. e. g.

(1) In Euphonia, נ quietè schevandum abjicitur, ne orator de nare loquatur, נָתַתָּ pro נָתַנְתָּ, אֲמִתִּי pro אֲמִנְתִּי; ת ante literas ejusdem instrumenti ד, ט, נ, ת extruditur, in cacophoniæ evitationem, ut הִשְׁבַּתִּי pro הִשְׁבַּתְתִּי, אֶדַּמֶּה pro אֶתְדַּמֶּה, הִטַּהֲרוּ Esr. VI, v. 20. *purgarunt se*, pro הִתְטַהֲרוּ, וְהִנַּבֵּאתִי & prophetavi Ez. XXXVII, 10. pro וְהִתְנַבֵּאתִי. ה finale ante incrementum vocis ob asperitatem suam ordinariè syncopatur, ut אֵפוּ pro אִפְהוּ; גּוֹלִים pro גּוֹלְהִים. It. ob ingratam multarum servilium collisionem, ut וּבִתְקוֹמְמֶיךָ Ps. CXXXIX. 21. & *insurgentes tuos*; pro וּבְמִתְקוֹמְמֶיךָ. וָמַתָּה Ezech. XXIIX, 8. & *morieris*,

rieris; וְלַבְנוֹ Jud. XIX, 13. pro לַבְנוֹ ob usum loquendi יְרוּשָׁלַם pro יְרוּשָׁלָיִם.

(2) in Patho: ut עֲשׁוּת i. Sam. XXV, 18. pro עֲשׁוּוֹת i. e. festinatio Abigail. Mora derogatur ob anxietatem ut וְהוֹת 2. Sam. XV, 33. pro הָוִית. Vindicis affectus declaratur per תְּפוּצֶנָה Zach. I, 17. *dispergent se*, pro תְּפוּצֶינָה. Patientia Noachi ostenditur voce וַיָּחֶל *expectavit*, pro וַיָּוֶחֶל, quæ constructio simul est nota emphaseos; orantis affectus ut בָּנִתִּי 1. Reg. VIII, 44. *ædificavi*.

(3) In emphatica vocis expressione legitur אֶסָּרֵם Hos. X, 10. pro אִיסּוֹרֵם Hos. VII, 11. *castigabo eos*. Sic לְבֶרֶת אֵשׁ Ex. III, 2. *flammæ ignis*, pro לַהֶבֶרֶת חַשָּׁה. Job. 39, 20. *oblivisci fecit eam*, pro הִנְשָׁהּ à נָשָׁה, וָלָד Gen. II, 30. pro וְיֶלֶד

5) Paragoge, quæ fini vocis literam aut syllabam apponit, e. g.

(1) In moræ ultimæ syllabæ prorogatione, ut אֲבוֹא Es. XXIIX, 12. pro אָבוֹ, ex אֲבָחוּ; חֲרַעָה Jer. XIIX, 10. *malum*: Sic וַיָּבֹאוּ 2. Reg. XIV. v. 12, *& venit*, in re attendenda, quod hostis etiam Hierosolymam occupaverit: In moræ derogatione, quando י pro ה fœminino & tertiæ radicis ponitur, ut שְׁכַנְתִּי Jer. LI, 13. *quæ habitas*, מְלֵאתִי Es. I. *quæ plena*. Sic אֲבִי ex אֲבָה, it. פִּי *os meum*, pro פִּהִי ex פֶּה.

Ob plenum numerum, ut חִצִּי 1. Sam. XX, 36. *sagittam*. Sic in fine periodi, ut תַּעֲשִׂין Ruth. III, 4. *facies*. It. ob gratam literarum collisionem, ut יָדְעִין אֲבֹתֶיךָ Deut. VIII, 3. *noverunt patres tui*, ob

ob concursum vocalis & literæ spiritalis. תִּדְבָּקִין Ruth. II, 8.

(2) In emphatica expressione, ut אֶקְרָאֵהּ 1. Sam. XXIIX, 12. *ideo invocavi.* נְקָחֵהּ 1. Sam. IV, 3. *recipiamus* יָתֵהּ (arcam) *ad nos è Schilunte*; ita & accentus.

(3) Ob commoditatem numeri in consonantium multiplicatione, ut מְקַנַּנְתִּי Jerem. XXII, 22. *nidificans.*

6) Apocope, quæ auffert in fine literam aut syllabam, e. gr.

(1) In Patho, ut מֵבִי Jer. XIX, 15. *adducens*, pro מֵבִיא, ob fervorem irascentis. חָקְ 2. Reg. VI, 18. *percute*, pro חֲכֵה Ezech. VI, 11. צַוּ Num. V, 2. *præcipe.* Cursus orantis, ut בָּנִית 1. Reg. IIX, 44. *ædificavi.*

(2) In incremento vocis; unde tertia rad. ה ob ו conversivum futuri & particulam אֶל abjicitur, ut וַיִּשְׁתְּ Ruth. III, 7. *& bibit*, pro וְשָׁתְּתָה.

(3) In concursu spiritalium, ut תְּפוֹצֶיָן הַצֹּאן Zach. XIII, 7. *dispergantur.*

7) Metathesis, quæ literas inter se permutat, e. g.

(1) In Numero orat. ut הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְשַׁמֵּר ob euphoniam consonantium. הַמְמוֹתִים 2. Reg. II, 2. *qui morte afficiebantur*, pro הַמּוֹמָתִים, ob moræ transpositionem & prorogationem.

(2) In emphatica expressione, ut וְיַלְעוּ Job. XXXIX, 30. *absorbebunt*, pro וְלוֹעֲעוּ.

8) Antithesis, quæ rejectis propriis literis alias in voce substituit, e. g.

(1) In Euphoniæ prompta lingua י pro ו, ut הִצְטַיְּדוּ Jos. IX, v. 12. *in viaticum sumsimus*,

pro הִצְטַוְּדְנוּ, rad. צוּד; וְחִיַּבְתֶּם Dan. I, 10. & *reum efficietis*. rad. חוֹב; לְקַיֵּם Esth. IX, 21. *ad stabiliendum*. Sic in concursu aspiratarum ה ante ה mutatur in ת, ut גָּלְתָה *revelavit*, pro גָּלְהָה. Sic ob eandem Euphoniam ה in statu constructo & affixo mutatur in ת, ut מַחְכִּימַת Ps. XIX, 8. simplicis *redditor sapientiæ*. Item pro ה mobili sumuntur liter י, ו cum vocali sono magis minusve claro apta, ut ו pro ה, מְטַחֲוֵי Gen. XXI, 16. *jaculantes*, pro מְטַחֲהֵי; קְצֵוִים *extremitates*, à קָצָה; הָיָו Ezech. XLVII, 12. פַּחֲוֹת, à פֶּחָה *Dux*, י pro ה, ut חָסָיָה Ps. LVII., 2. *confisus est*, à חָסָה, מְנָיוֹת à מָנָה *portio*, פְּרִי pro פְּרָה, כְּסוּי à כָּסָה.

In Euphoniæ moræ prorogatione ה pro י, ut לֹה Jud. XVI, 18. pro לִי *mihi*, ו pro י ut הֲתָעִוף Prov. XXIII, 5. *num involare facies*.

In moræ derogatione, e. gr. א pro ו, ut כִּצְבֹאִים Jos. XI. pro כִּצְבוֹיִם, י pro א in contractione, ut רֵים Job. XXXIX, 12. *monoceros*, pro רְאֵם.

(2) In Emphatica prolatione, e. g. י pro ה, ut אֶהֱמָיָה Ps. LXXVII, 4. pro אֶהֱמָהָה *tumultuabor*: י pro ו, ut וְהָיָה Ez. XLV, 5. pro וְהָיָה in infallibilem futuri notam, ne וְ ambiguum statuat tempus. א pro ה, ut אַשְׁכֵּים Jer. XXV, 3. pro הַשְׁכֵּים involvit primam personam futuri, *ego feci mature surgendo*; in casu speciali אֶתְחַבֵּר consociavit se, 2. Chron. XX, 35. א pro י, ut שִׁשֵּׁאתִיךָ Ezech. XXXIX, 2. *sextabo te*, quod pro ה. ה pro ו, ut הֲלֹה Deut. III, 11. pro הֲלוֹ significativè: *num ejusmodi est in Rabboth - - cujus longitudo*. ת pro ה, ut

בַּחֲלָת

נַחֲלַת Pſ. XVI, 6. pro נַחֲלָה, מִשִּׁיבַת Pſ. XIX, 8. pro מְשִׁיבָה. א pro ה, & ה pro א in verbis tertiæ quieſcentis indicant radices geminatas, de quibus ſuo loco.

(3) In perturbato affectu, ut אֹחִילָה Jer. IV, 19, *dolebo*, pro אָחִילָה.

9) Diæreſis, quæ unam vocem in duas dividit, ut מִבֶּן־יָמִין 1. Sam. IX, 1. pro מִבִּנְיָמִין.

10) Synæreſis, quæ duas voces conglutinat, ut בָּגָד Gen. XXX, 11. pro בָּא גָד, מַזֶּה pro מַה זֶּה.

11) Tmeſis, quæ vocis literam, aut ad præcedentem, aut ad ſequentem abjicit, ut וּמִתְּחַתָּה לְשָׁכוֹת Ez. XLII, 9. vid. & 2. Sam. V, 2. Job. XXXIIX, 12. *De his tribus figuris in Oratoria.*

Nota I. Interdum Voces cum duplici figura conſtruuntur, idque ob rationes prægantes, ut אֲרַיָּוֵךְ Eſ. XVI, 9. S. Schmid. *ponam additamenta*, ubi ו & ה, & י pro ו. Sic יְעֹעֵרוּ Eſ. XV, 5. *excitabunt*, pro יְעֹרְרוּ Buxtorfius notat, hanc cacophoniam fragroſam & inconditam tumultuantium vocem indicare. הֵתָיוּ Jer. XII, 9. pro אֱתָיוּ & אתהו in exclamatione.

II. Quasdam figuras format Chaldaiſmus, qui & in formatione vocis, & in Syntaxi apertior ſtabit.

III. Multæ adhuc literæ ad figuras ex hypotheſi Maſoretharum referuntur, quæ tamen ordinariæ poſitionis ſunt. Sic occaſione antitheſeos nonnullæ voces, (omnes enim integrum tractatum requirunt) in ſuis literis alieno lumine non indigent; e. g. גָּבוֹל Joſ. XV, 47. (non גָּדוֹל) in Paul ad formam נָקוֹד, planum ſiſtit ſenſum: *mare illud*

illud, quod signatum & terminus. בַּעֲלוֹת Jud. XIX, 25. Jos. IV, 18. (non כַּעֲלוֹת) *dum ascenderet.* וְבַלּוּ Job. XXI, 13. (non וְכַלּוּ) *deducunt ad senium dies suos.* לְבַג Ez. XXV, 6. (non לְבַז) ut Wasmuth. confitetur in Hebr. p. 122.

ב

Mutatio Vocalium (תְּנוּעוֹת *motiones.*)

§. I. Vocalium Mutuatio consistit in vocalis longæ correptione, brevis productione, utriusque immutabilitate, amissione, contractione & transpositione.

§. II. Fontes sunt iidem, qui in literis servilibus, nisi quod Vocales figuras initiales Prosthesin & Aphæresin excludant, & finales admodum rarò eligant; e contra peculiares adhuc fontes quærant in syllabæ quantitate, accentus diverso statu, Lineâ Makkeph, Dagesch, literis pneumaticis & denique in Schevajim.

(α) *Mutatio Vocalium Homogenea.*

Hæc mutatio curat tantum Vocales sibi invicem cognatas, quales sunt ֵ & ֶ, ֲ & ֱ, ֳ & ֳ, ֹ & ֻ catuph, וּ & ֽ.

A.

De Correptione Vocalis Longæ.

Corripiuntur Vocales longæ in analogas breves sequenti ordine:

ֵ in ֶ

1) Sub ultima syllaba & monosyllaba Status constructi, ut דְּבַר יְהוָֹה; pro דָּבָר; עַב pro עָב:

2) ante lineam Makkeph, ut יַד־ 2. Chron. XXXIV, 9. manus pro יָד; מוּסַב־ Ez. XLI, *circumductum*:

(3) ante

3) ante Dageſch Forte (1) ob amiſſam literam, ut תַּמִּים à תָּם, rad. תָּמַם.

(2) ob fortem ſeu emphaticam prolationem, ut יַסִּית Jer. XVI, 18. *incitabit*, pro יָסִית; תַּמֵּר Ex. XXIII, 21. *exacerbabis*. יַלִּיזוּ Prov. IV, 21. *recedere facient*, pro יָלִיזוּ:

4) In vocis incremento, מִבְטַחוֹ à מִבְטָח, ſubintellecto Methego:

5) In leni recitatione, ut קוֹמַה Jer. LII, 21. *altitudo*, pro קוֹמָה:

6) Ob feſtinationem affectûs, ut בַּז Zach. IV, 10. *ſprevit* pro בָּז. טַח Eſ. XLIV, 18. pro טָח:

7) In vocis differentiam, ut אַחֵל Ez. XXXIX, 7. *profanabo* à חָלַל, ut diſtingvatur ab אָחֵל *incipiam*, Deut. II, 2.

·· in ·:

1) Ob ſedis accentus mutationem, ut וַיֹּאמֶר pro יֹאמֵר, יָסֶךְ Pſ. XCI, 4. *obteget*, pro יָסֵךְ; מַקֶּלְךָ à מַקֵּל

2) ante lineam Makkeph, ut אֶת־ יְדַבֶּר־ pro אֵת.

(1) Ob moræ derogationem, ut דִּבֶּר quod bis legitur 2. Reg. VII, 17. pro דִּבֵּר

(2) ob Syllabæ juſtam moram accedente quieſcente, ut תְּבִיאֶינָה Lev. VII, 20. pro תְּבִיאֵנָה

3) ob affectum, ut דִּבֶּר 1. Sam. III, 17. prodit flagrantiſſimum Eli deſiderium

4) in forti expreſſione, ut יֹעִידֶנִּי Jer. XLIX, 13. pro יֹעִידֵנִי

י. in ·

1) in moræ derogatione, ut הִפְלִא Eſ. XXVII, 29. pro הִפְלִיא

2) in

2) in forti prolatione, ut הַעִדֹּתִי Jer. XI, 27. *contestatus sum* pro הַעִידוֹתִי

3) in patho, e. g. in ardentibus precibus, ut בָּנִתִי 1. Reg. VIII, 44, & בָּנִית v. 48. *ædificavi.*

ו in ד catuph.

1) Ob accentus ascensum aut descensum, ut וַיָּקָם pro יָקוֹם; קָדְשִׁי *sanctitas mea*, à קֹדֶשׁ

2) ante lineam Makkeph, ut כַּל־ pro כֹּל עַז־ Es. XXVI, 1.

3) Ob euphoniam ante chateph-kamez, ut גֹּאֲלֵי Nehem. XIII, 29. pro גֹּאֲלֵי

ו in ִ

1) Ob vocis incrementum, ut מַלְכֻּוּת, à מַלְכוּת, נְבֻכִים Ex. XIV, 3. *perplexi* à נָבוּךְ pro נָבוֹךְ

2) in statu constructo, ut נְאֻם יְהוָה pro נְאוּם

3) in forti prolatione, ut עֲרֻמִּים ex עָרוּם, הֻקַּם 2. Sam. XXIII, v. 1. *constitutus est*, pro הוּקַם, וַיֻּשַּׂם Gen. XXIV, 33. pro וַיּוּשַׂם, הֻמְּכוּ Job. XXIV, 24. *deprimuntur*, pro הוּמַכּוּ.

4) In emphatica rei repræsentatione, e. g. immanis facinoris, ut הֻרַּס Dan. VIII, 11. *sublatum est*, pro הוּרַס; casus tristis, ut וַיִּשָּׂאֻם Lev. X, 5. singularis beneficii, ut יְכַסְּמוּ Ex. XV, 5. יִרְבֻּן Deut. VIII, 13. יִרְוֻן Ps. XXXVI, 9. specialis facti, ut וַיִּשְׁתַּחֲוֻ Gen. XLIII, 28. & *incurvarunt se*; gravis admonitionis, ut תַּעֲנֻהוּ Es. XXXVI.

5) ob Affectum e. g. vehementem, ut שֻׁב Exod. IV, 19. *revertere*, רֻץ 1. Sam. XX, 26. *curre.*

B.

De Productione Vocalis brevis.

Pro-

Produçuntur Voçales breves in analogas longas h. m.

— in ד

1) ante Dageſch Forte extruſum, ut יְבָרֵךְ pro יְבַרֵּךְ

2) ob ſyllabæ decrementum, ut אָקִים pro אַקְוִים, עָלַי pro עָלַי

3) ob accentum regium, אֻכָּל Exod. III, 2. הוּכָן Eſ. XXX, 33. *præparatus eſt.*

4) In vocis differentiam, דָּבָר *verbum* eſt nomen; ſed דָּבַר *locutus eſt*: וַיָּעַף Jud. IV, 4. *& feſſus erat*; at וַיָּעָף Eſ. VI, 6. *& advolavit.*

5) ob moræ prorogationem, e. gr. magnopere petentis, ut סָעַד Jud. XIX, 5. 8. *fulcito* כָּאֲרִי pro כַּאֲרִי Pſ. XXII, 17. כָּאֲבָנִים 2. Par. IX, 27.

∵ in ∴

1) in ſtatu conſtructo tertiæ ה, ut מַחֲנֵה 1. Sam. XIII, 17. *exercitus* (Philiſtæorum) וְעֹשֵׂה Eſ. LXIV, 4. *& faciens* (juſtitiam) pro עֹשֶׂה & ubi mora extraordinaria ſimul obſervanda. חֲבֵל Eccleſ. I, 2. *vanitas* (vanitatum) ex חֶבֶל

3) ob ſyllabæ decrementum, ut אֲשֵׁדוֹת Joſ. X, 40. *decurſus*, ab אֶשֶׁד

3) ob accentum regium tertiæ quieſcentis, ut תִּרְאֵה Dan. I, 13. *videris* pro תִּרְאֶה. תֹּבֵא Prov. I, 10.

· in יִ

Ob extruſum Dageſch in moræ prorogatione, ut יְחִיתַן Hab. II, 17. *terrefaciet eas*, pro יְחִתֵּן; כַּהֲתִימְךָ Eſ. XXXIII, 1. pro כַּהֲתִמְּךָ

ד catuph in ו

1) ante Dageſch Forte aſcendente accentu, ut רֹנִּי Eſ. XII, 6. pro רֻנִּי

2) in

2) in gravi expressione vi moræ prorogationis, ut מָעוֹז־ Ps. XXVII, 1. conf. Es. XXVI, 1.

ְ in וּ

1) ante Dagesch extrusum, ut הוּתַל Es. XLIV, 20. *delusus est*, pro הֻתַּל

2) ante Dagesch euphonicum, ut עוּזָּה pro עֻזָּה, לְאוּמִּים pro לְאֻמִּים, יוּלַּד pro יֻלַּד

C.

De Mutatione Schevajim.

§. I. Vocali pèreunte consonans conservatur mobilis per Scheva aliquod substitutum sequentibus cum conditionibus:

1) Vocales Longæ ultra secundam ab accentu syllabam remotæ, mutantur in :, ut דְּבָרִים à דָּבָר, צְלָעוֹת à צֵלַע sic הֲקִימוֹתִי, עֲיָרִים ab עִיר, קָדָשִׁים à קֹדֶשׁ, שְׁוָקִים à שׁוּק. Unde &

2) Vox status constructi in syllaba remotiori schevatur, ut כְּבוֹד־אֵל *gloria DEI*, pro כָּבוֹד; בַּעֲדַת צַדִּיקִים Ps. I, 5. *in cœtu justorum*, ab עֵדָה.

3) Vocales breves crescente voce & accentu ascendente a. descendente pereunt, ut פָּקְדָה à פָּקַד; חֶלְקָה à חֵלֶק. Sic vicaria longa, ut נָקְטָה Job. X, 1. *fastidit*, pro נָקוֹטָה

4) Moræ sublatio fit per vocalis abjectionem, ut וַיַּכְּתוּם Num. XIV, 45. & *contuderunt eos*, pro וַיַּכִּיתוּם

§. II. Scheva Compositum vel est sui juris, vel dependet à Vocali:

1) Scheva C. prius (1) conspicitur tale, quale requirit

a) com-

a) commoditas literæ gutturalis, e. g. ſub א ordinariè ∴ ponitur, quoniam per —: litera non diſtinguitur à vocali: Aſt cæteræ gutturales —: ordinariè apprehendentes ſatis ab hac vocali in pronunciando diſcernuntur; ut אֱמֹר pro אֲמֹר; הֲקִימוֹתָ, יִבְחֲרוּ, עֲקָרָה:

b) Commoditas præcedentis vocalis: Hinc illepidus flueret ſermo in voce אֶעֱשֶׂה pro אֶעֱשֶׂה, uti lepidè dictum eſt תַּעֲשֶׂה.

(2) Conformat igitur idem Scheva ſibi præcedens Scheva cum hoc in unam ſyllabam coaleſcens, ut הֶאֱמִין pro הִאְמִין ex הִאְמִין, בַּעֲלִי pro בְּעֲלִי ex בַּעַל

2) Scheva Comp. quod dependet à Vocali, eſt

(1) Initiale, quod tale, qualis fuit antea vocalis, ut עֲתִידִים ex עָתִיד, חֳדָשִׁים ex חֹדֶשׁ.

(2) Medianum ſtans pro quieſcente Scheva conformatur præcedenti vocali, ut מַאֲמִין pro מַאְמִין, רַעֲנַן, אָהֳלוֹ.

§. III. Duo Schevajim in eadem ſyllaba non concurrunt; ſed illorum prius movendum eſt, & quidem

1) ob Scheva ſimplex

(1) per Chirek breve, idqve ordinariè, ut פִּקְדוּ pro פְּקְדוּ, פִּרְיוֹ pro פְּרְיוֹ, ex פְּרִי; & ſi poſterius ſub י ponendum, per craſin facile evaneſcit, ut בִּישׁוּעָה ex יְשׁוּעָה; ſic וִיהִי:

(2) per Pathach, a) ſub & ante gutturales, ut חַסְדּוֹ à חֶסֶד, דַּרְכּוֹ â דֶּרֶךְ, &

b) quæ oriuntur ex duplici Sægol, ut נַפְשׁוֹ à אִוַּלְתּוֹ נֶפֶשׁ ab אִוֶּלֶת:

(3) per Sægol, quando Scheva è Zeere ortum eſt, ut חֶלְקוֹ à חֵלֶק:

(4) per Vocalem ſtatui vocis convenientem, ut בְּבָרְחוֹ Pſ. III, 1, *cum fugeret*, pro בְּבִרְחוֹ; cholem eſt punctum Infinitivi. Sic זַנְבוֹת conſtructo ex מָשְׁכוּ. זָנָב *trahite*, Ez. XXXII, 20. pro מִשְׁכוּ

2) Ob Scheva Compoſitum, movetur per vocalem compoſito analogam, ut וַעֲבָדִים pro וְעֲבָדִים.

§. III. E tribus Schevajim mutatur medium, ut גְּבִרְתִּי pro גְּבִרְתִּי, ex גְּבֶרֶת *Domina*.

§. IV. Quando in concurſu duorum Schevajim poſterius eſt movendum, redit illa vocalis, ex qua hoc Scheva ortum, aut, ob ſyllabæ quantitatem, ipſius analoga, ut à שְׁמַע fit שְׁמָעוּנִי

§. V. Scheva mutatur in Vocalem

1) accedente accentu quovis, ut וָרֵאָה Gen. XIIX, 15. à וָרְאָה, הַחִלָּם *incipere eorum*, pro הֲחִלָּם;

2) ſyllabâ ob vocis incrementum deficiente, ut à פִּקְדוּ fit פְּקֹדְנָה, ex פְּקֹד.

3) Emphaſi aut Numero Orat. moræ prorogationem requirente, ut אֵפוּ Ex. XVI, 23. *coquite*, in ſeria adhortatione, pro אֵפוּ. וָבוֹהוּ Gen. I. in majorem explicationem. לָנֶצַח Prov. XXI, 28. כָּאֲרִי Pſ. XXII, 17. pro כַּאֲרִי ex כְּאֲרִי

4) Scheva compoſitum ſequente Scheva ſimplici in vocalem brevem tranſit, ut יַעַמְדוּ pro יַעֲמְדוּ, אָהֳלְךָ pro אָהֳלְךָ

5) Concurrentibus duabus gutturalibus, Scheva Compoſitum, ne illæ abſorbeantur, in vocalem mutatur, ut הַעֵת pro הֲעֵת, הַאִם *anſi?*

D.

De Immutabilitate Vocalium.

Voca-

Vocales fiunt immutabiles.

I. Manente accentu

1) tonico, ut יָכֹל, יָכֹלוּ Exod. VIII, 14.

2) euphonico, ut בַּקָּשָׁתִי Esthræ V, 7. שַׁת־לִי *posuit mihi*, Gen. IV, 25.

II. Ante literas quiescentes

1) explicitè, ut הֵיכַל constructè, ab הֵיכָל;

2) implicitè, קָמַת pro קְמַת, à קוּם, qs. קוֹמַת.

III. Ante Dagesch Forte extrusum, ut תָּם constructè, pro תַּם Prov. XIII, 6. ex תָּמַם.

IV. Ante Dagesch F. expressum, ut פִּקֵּד, פִּקְדָּה

V. Ob diversam vocis significationem, ut חֵרֵשׁ *surdus* format חֵרְשִׁים, sed חֶרֶשׁ *silentium*, habet חֲרִישִׁים. A מָחוֹל *chorus* veniunt מְחֹלֵנוּ Thren. V, 15; sed à מַחֲלֶה *morbus*, dicitur מַחֲלֵהוּ Prov. XIIX, 14. Sic participium Niphal servat ד immutabile, ad differentiam præteriti.

VI. Post Scheva mobile, ut שָׁכֵן *habitans*, שְׁכֵנִים

VII. τὸ חַי DEO tributum est immutabile.

Nota: In parrhesia oratoria, ut omnis constructionis ambiguitas è medio tollatur, hæ immutabiles existunt mutabiles, ut זְדוֹן Jer. XLIX, 16. *superbia* (cordis tui), in Epanorthosi חֲרָשִׁים Es. III, 3. שְׁשׁוֹן Ps. LI, 14. *gaudium* (salutis tuæ), in supplicatione.

E.

De Metathesi Vocalium.

Transponuntur Vocales

1) in Euphonia, ob aptum Vocalium concursum, ut à יִהְיֶה fieret propter ו conversivum apocope τοῦ

ה, וַיִּהְי, quod ineptum corrigitur per Metathesin, ut legatur וַיְהִי. Sic, ne existat cacophonia e. gr. pro וַיֵּאמֶר ex יֶאֱמֹר dicitur וַיֹּאמֶר

2) Ne Numerus excedat, ut יָחְנְךָ Es. XXXVI, 19. miserando *miserabitur te*, pro יְחָנְּךָ

3) Ob soni distantiam, accentu descendente, ut בָּהְשַׁמָּה Lev. XXVI, 43. *dum esset desolata*, pro בְּהָשַׁמָּה

4) Ut figura succurrat figuræ, ut à שְׁמוֹר fit שְׁמָרָה. Crasis non potest illud assequi, ideo succurrit Metathesis per שָׁמְרָה Ps. XXV, 20.

5) In differentiam significationis, ut נְגֹהוֹת Es. LIX, 9. à נֹגָה *splendor*, ne confundatur cum participio pl. num.

F.

De Crasi Vocalium.

Cum Crasis eandem subit rationem, quam præcedentes figuræ, quædam tantum species ipsius, brevitatis ergo recensendæ sunt.

—: — in ד, ut אָזִין Job. XXXII, 11. *aures advertam* in mora metricæ scansionis, pro אַאֲזִין

— ד in ד, ut סַב pro סָבַב. Hæc contractio cum litera Dagessata est in Niphal ordinaria, & quidem

in —: præcedente chirek brevi, ut וְנִחֲלוּ Ez. VII, 24. *& polluantur*, pro וְנָחַלּוּ

ת in ה, ut פִּנָּה *angulus*, à פִּנָּתָה

ד in ַ, ut אַחַת pro אֲחָדַת

הָה & ה in ת, ut עָשָׂת Lev. XXV, 21. *fecit*, נַחֲלָת *possessio*.

ה in ת ut וְקָרָאת Es. VII, 14. pro וְקָרְאָה *& vocabit*.

—: ד in — ante Dagesch ut וַאעַנֶּה 1. Reg. XI, 30. *affligam*, pro וָאֲעַנֶּה ; &

: & ד in ד mediante Metathesi, ut בָּךְ pro בְּךָ.
— — in — ut בַּאדֹנָי pro בַּאֲדֹנָי.
אַ : in — מַלְפֵּנוּ pro מְאַלְפֵּנוּ.
∵ ∵ in .. , ut מוֹצֵאת pro מוֹצֶאת.
∵ ∵ in .. :, ut תְּאֵהֲבוּ pro תֶּאֱהֲבוּ.
∵ : ∵ in .. , ut לֵאמוֹר pro לֶאֱמוֹר
נֶ —: in ∵ , ut אֶמֶת pro אֲמֶנֶת.
יִ — constructè & affixe in ֵי, ut בֵּית à בַּיִת, עֵין ab עַיִן. בֵּיתִי.
וָ in mutatione in וֹ ut בֵּתוֹךְ à תָּוֶךְ, אוֹנִי ab אָוֶן
הוּ in ו, ut הִמְסִיו Jos. XIV, v. 8. *liqvefecerunt*, pro הִמְסִיהוּ.

(β) *Mutatio Vocalium Heterogenea.*

Est illa mutatio, qua progressus fit ad vocales, quæ nullam inter se habent cognationem, & dividi potest in simplicem mutationem atque contractam. Utraque est vocalium propriarum & impropriarum seu Schevajim.

A.

De Mutatione Simplici.

Mutatur ד

1) in .. ad differentiam vocis, ut חָלָב *lac* construitur per חֶלֶב Prov. XXVII, 27. quo differtur à חֶלֶב *adeps* נֵחַנְתִּי in Niphal pro נָחַנְתִּי à חָנַן, ne confundatur cum חָנָה.

(2) Ob emphasin, ut לְהֵדַק 2. Chron. XXXIV, 7. *comminuendo*, pro הָדֵק Exod. XX, 36.

(3) In verbis neutris ante quiescentem, ut וַיֵּצֵא

2) in ∵ (1) in differentiam vocum & quidem sequente scheva quiescente, aliàs in .. , ut יָד ante

affixa gravia habet יֶדְכֶם *manus vestræ*, quo discernitur à nominibus, quæ à r. ידה proveniunt. כְּגֶלְלוֹ Job. XX, 7. *sicut stercus ipsius*, ut sit diversitas à גַּל *cumulus*. עָוֶל, constructè עֶוֶל quo secernitur ab עוֹל jugum & ob tonum negligit .. vocalem longam.

(2) in syllaba nobiliori, ut הֵהָר pro הָהָר, הִתְנַחַמְתִּי Ezech. V, v. 13. pro הִתְנָחַמְתִּי, וְלָנֶה Zach. V, 4. & *commorabitur*.

3) in ·, in mora breviori, quando originale hanc possidet vocalem, e. g. in præterito & partic. Niphal, ut נִחַר Ps. LXIX, 4. pro נָחַר Jer. VI, 29. Sic נִחַת Mal. II, 5. *contritus fuit*.

4) in וֹ (1) in voce sonora, ut הוֹרוֹ וְהֹגּוֹ Es. LIX, 13. *concipere & meditari*, quibus in verbis fons prævaricationis est.

(2) In perturbatis affectibus, ut אֹהִילָה Jer. IV, 19. *dolebo* pro אָהִילָה

**

1) in ד (1) ob accentum regium, ut הִתְבּוֹנָן Es. I, 3. intelligit

(2) in rebus emphaticis, e g. in gravi cōminatione, ut הַרְבָּה Gen. III, 16, *multiplicando* pro הַרְבֵּה; in largissima promissione, ut Gen. XVI, 10. in adhortatione יְרָאתֶם Jos. IV, 24. (præcipuè) ut *timeatis* Jehovam.

2) In ־ (1) sub ultima syllaba status constructi, ut שְׁפַל רוּחַ *humilis spiritu*, à שָׁפֵל; קַן־צִפּוֹר Deut. XXII, 6. *nidus avis*, à קֵן;

(2) ob duplicem significationem, e. g. Præteriti & Futuri, ut יֶאֱהָבַנִי Gen. XXIX, 32. *dilexerit me*;

(3) In Voce sonora, ut יִגָּמַל Gen. XXI, 8. pro יִגָּמֵל, לְהָדַק 2. Chron. XXXIV, 7. quæ simul emphatica, pro הָדֵק, פַּלַּג Ps. LV, 10. *divide*; (4)

(4) Ob ſubſeqvens Scheva quieſcens, ut פִּקְדָתְ, פִּקָּדְתָ. Sic מַסִּית Jer. XLIII, 3. *incitans*, pro מַסִּית, מַלִּינִים Exod. XVI, 4. *murmurantes*, pro מְלִינִים, ex מֵלִינִים.

Nota: Regula agit de zeere proprio; vicarium manet, ut תַּפְקֵד pro תַּפְקִיד. Sic הָסֵבּוּ;

(5) ob literam gutturalem, ut שְׁבַר pro שְׁבֶר, נָתַח Job. XXX, 11. *ſolvit*;

(6) In verbis neutris, ut לְמַד Eccleſ. XII, 9. *docuit*, אָבַד 2. Reg. 21, 3. *perdidit*.

3) in י (1) Voce creſcente, quando ejus fulcrum ſyllabam conſervare tenetur, e. g. in Imperativo & Infinitivo Hiphil, ut הַפְקִידִי, הַפְקִידוּ;

(2) In voce ſonora, quamdiu originale eſt י, ut in Hiphil וְשִׁיתִים Jer. XLIX, 20. *devaſtabit*, & in brevi mora fulcrum abjicitur, ut אַרְנֵן Job. XXIX, 13. *cantare faciam*.

4) In . (1) accentu deſcendente, quando originale eſt ejus cognatum, ut הַסַּבְּנָה ex הַסַּבִּי;

(2) in voce geminatæ radicis, ut שְׁנַיִם, שֵׁן;

(3) in differentiam ſignificationis, ut אֵת, אִתִּי *mecum* ablativi caſus;

(4) in forti prolatione quando originale eſt chirek, ut הַזִּילוּ Thr. I, 8. *vilipendunt*, pro הֲזֵילוּ.

(5) ob moram, v. num. præcedentem.

5) In ו, (1) ob certum vocis ſtatum, ut אֵת, אֹתוֹ *illum* Accuſativi caſus. וַיֹּאמֶר, pro וַיֵּאמֶר eſt præter euphoniam ſimul nota futuri;

(2) in peculiari caſu, a) in caſu fatali, ut הָאָסֹף 2. Sam. XVII, 11. *congregando*. וַיָּסֹר Pſ. CXIIX. 18. pro וַיִּסֵּר, quod Jehovah Chriſtum *caſtigando* ca-

ſtigaverit. v. Lev. VII, 18. 1. Reg. XIX, v. 10, 14. Eſ. XL, 24. שֹׁרֵשׁ pro שֵׁרֵשׁ. Sic נְתָן־ Gen. XXXIIX, 19. it. Jer. XXXII, 4. cap. XXXIIX, 3.

b) In caſu inopinato, ut גֹּשׁוּ Joſ. III, 9.

י.

1) In ד, in plurali numero nominis, ut עִיר, עָרִים

2) In —, (1) in differentiam ſignificationis, e.g. in Præterito Hiphil ſequente Scheva quieſcente, ut הִפְקַדְתָּ הִפְקִיד; הֵסַתָּה 1. Reg. XXI, 25. *incitavit*, pro הֵסִיתָה;

(2) ſub gutturalibus, ut וַתָּרַע 1. Reg. XIV, 9. & male egiſti, וַתָּעַד Nah. IX, 29. & *conteſtatus eſt*;

(3) in verbis neutris, ut אִיבַשׁ, תִּיבַשׁ à יָבֵשׁ *exaruit*;

(4) in emphaſi, ut תָּלַן Jud. XIX, 20. ne *pernocta*. v. Job. XVII, 2. cap. XL, 27.

3) In ··, (1) ob ו converſivum futuri & particulam אַל, ut וַיָּקֶם pro וַיָּקִים, quod zeere ab accentus aſcenſum in ֵ corripitur וַיָּקֶם 1. Reg. VIII, 20;

(2) ob ſubſequens ſcheva quieſcens futuri Hiphil, ut תַּפְקֵדְנָה pro תַּפְקִדְנָה;

(3) In voce ſonora, ut הֵפֵר Ezech. XVII, 16. *irritum fecit*, pro הֵפִיר, וַהֲרֵמֹתָ Num. XXXI, 26. & *extolles*. תָּשֵׁב Gen. XXIV, v. 8. *reducito*.

ו

1) In ד, in plurali numero nominis, ut רֹאשׁ, pl. רָאשִׁים *capita*, שׁוֹר שְׁוָרִים.

2) In —, in verbis neutris & gutturalibus, ut אֶשְׁכַּב pro אֶשְׁכֹּב, שְׁאַל pro שְׁאֹל.

3) In ··, (1) in verbis neutris ultimæ quieſcentis א, ut תֵּצֵא;

(2) in

(2) In Infinitivo constructo, Verbi tertiæ ה, quando originale est zeere, ut הִנָּקֵה Jer. XXV, 29. *immunes existendo*, pro הִנָּקוֹת;

(3) In differentiam vocis, e. g. נָתַן retinet ·· in Kal, ut discernatur à תָּנַן *in deserto vixit*, cujus verbi nomen adhuc superest;

(4) In emphaticis, ut הֵלִיכוּ Exod. II, 9, *abduc*, pro הוֹלִיכִי;

(5) per Chaldaismum, ut חֱוֵה Ezech. XXI, 15. *esse* pro חֱוֹה in substrata materia.

4) In וּ, in affectu, præcipue in ejulatu seu luctu majori, ut נוּגֵי Zeph. III, 18. *mœrentes*, pro נוֹגֵי, conf. Thren. I, 4. Sic נְשַׁדְּנוּ Michæ II, 4. וּ ob moram in ׃ correpto, pro נְשַׁדּוֹנוּ vid. Buxt. Thes. p. m. 168.

5) In ׃, (1) ob geminatam radicem, ut אוֹם, plur. אֻמִּים ex אמם; תּוֹם, תֻּמִּים ex תָּמַם;

(2) in forti prolatione, ut עָמוֹק *profundus*, plur. עֲמֻקִּים Prov. XIIX, 4. cap. XX, 5.

וּ

1) in ד, in numero plurali nominis, שׁוּק *platea* plur. שְׁוָקִים Cant. III, 2.

2) In —, ob literas gutturales, ut וַיָּנַע Es. VII, 2. & *commotum est*.

3) In וֹ, (1) ob futurum constructum cum ו convers. aut particula אַל, ut וַיָּקוֹם, & per accentum retractum וַיָּקָם ex וְאַל־יָמוֹת: יָקוּם Deut. XXXIII, 6. *ne moriatur*.

(2) In Infinitivo constructo, ut קוֹם Jerem. XI, 25. Cap. XLII, 10. Cap. XLIV, 29.

(3) In emphasi, ut תּוֹתַר Gen. XLIX, 4. *excellens fies*, ob crimen Rubenis.

(4) ob accentum regium, ut יָשׁוֹב 2. Sam. III, 17.

4) In ד catuph, obſubſequentem literam ſchevatam aut ſchevandam, ut הָפְקַד pro הוּפְקַד, הָשַׁמָּה ab הוּשֵׁם Lev. XXVI, & ob retractum accentum, ubi loco וּ eſt וֹ ponendum, ut וַתָּשֶׁב Gen. IIX, 9.

1) in ֵ, (1) ob accentum regium in verbis neutris, ut תֹּאכֵל Gen. II, 15. pro תֹּאכַל:

(2) ante literam qvieſcentem, ut הֵבֵאתָ Exod. XXXII, 21. *adduxiſti:*

(3) In compenſationem literæ, ut מֵקִים pro מַקְוִים;

(4) ob futurum conſtructum cum ו converſ. aut partic. אַל quod retracto accentu in ֵ abit, ut אַל תָּשֶׁב 1. Reg. II, 20. *ne avertas.* וַתָּקֶם Neh. IX, 9. & *confirmaſti:*

(5) in emphaſi, ut יְסֹעֵר Hoſ. XIII, 3. *turbine abripietur*, הֶעֱבַרְתָּ Joſ. VII, 21. *tranſire feciſti*, pro הַעֲבַרְתָּ; נָסֵבָּה Ezech. XVI, 2. *convertit ſe.*

2) In ֵ, (1) in ſyllaba nobiliori, ut אֶחָיו pro אַחָיו, הִתְנַחַמְתִּי Ezech. V, 13.

(2) ad differentiam ſignificationis, ut הֶחֱדַלְתִּי Jud. IX, 9. pro הֶהָחֳדַלְתִּי *an deſiſterem*, ubi הָ eliſum, & ne ה interrogativum tanquam character præteriti Hophal notetur, pro — ponitur ֵ Sic וַיֵּחֶל Gen. VIII, 12. & *exſpectavit*, à חָלַל, non à חוּל.

(3) in Craſi v. ſuo loco.

3) In ֹ (1) in voce geminatæ radicis, ut צַד *latus*, צִדִּים

(2) ob literam abjectam ex fundamento concurſus duorum Schevajim, ut בַּת pro בֶּנֶת in incremento haberet בִּנְתִּי ſeu potius בִּנְתִּי; ſed extruſo נ eſt in compenſationem בִּתִּי, *filia mea.* Sic

אִמְתּוֹ

אֲמִתּוֹ *veritas ejus*, ex אָמַן. הֲמִתֶּם Num. XVI, 14. *interfecistis*, pro הֲמַמְתֶּם:

(3) in verbis diversi temporis, dum e. g. altera est præteriti, altera infiniti, ut הִקְצוֹת Levit. XIV, 43. *postquam detrahere*, de quibus suo loco.

(4) in paradoxis & admirandis, quæ ordinariam emphasin superant, ut à יָלַד fit וְלִדְתִּיךָ *genui te*, v. Psal. II, 7. Num. XI, 12. Jer. II, 27. cap. VII, 27. cap. XV, 10. Ez. XXXVIII, 23. Sic נֹאֵץ 2. Sam. XII, 14. *scandalizando*, pro נַאֵץ; וּפִשְׁתֶּם Malach. IV, 2. & *crescetis*.

4) In וֹ, (1) in voce sonora, ut נִמּוֹל Gen. XVII, 26. *circumcisus est*, pro נִמַּל, ubi rei cardo, quod pater & filius eodem tempore circumcisi.

(2) in verbis combinatis, ut וְיֵבוֹשׁ Hos. XIII, 15. & *exaruerit præ pudore*, vid. suo loco.

1) in ד, (1) ob accentum regium, ut גָּ֫בֶר Thren. III, v. 35. pro גֶּ֫בֶר v. 27.

(2) in voce sonora, ut הָאָרֶץ pro הָאֶרֶץ;

(3) in differentiam significationis, ut יָפֶה masculinum, יָפָה fœmininum.

2) In —, (1) in forti prolatione, ut וַיַּדָּא 2. Reg. XVII, 21. & *avolare fecit*, pro וַיֵּדֶא à דָּאָה;

(2) ob literas gutturales, ut וַיִּשַּׁע & *blande respexit*.

3) In ֹ, in repræsentatione emphatica, ut אִכָּבֵד 2. Sam. VI, 22. Hag. I, 2. pro אֶכָּבֵד, אִקָּרֶה Num. XXIII, 15. *obviam ibo*, pro אֶקָּרֶה; וַתָּרֶץ Jud. IX, 5. & *confregit* pro וַתָּרֶץ.

1) in —, (1) ante —:, ut יַחֲבֹשׁ pro יִחְבֹּשׁ (2)

(2) in differentiam vocum, ut וַיַּרְא à רָאָה *vidit*, ne confundatur cum יָרֵא

(3) in conjugatis temporibus, ut וְהַרְאֵיתִי Nah. III, 5. *& ostendendo ostendam*: constat ex Infinit. & Præterito.

2) In ··, (1) ante indagessabilem, ut נֵעוֹר *illuxit*, pro נָעוֹר;

(2) in verbis mediæ geminatæ ob Metheg, ut נֵאָרִים Mal. III, 9. *maledicti*, pro נְאָרִים ad formam נְסַבִּים.

(3) ob literam quiescentem, ut תֵּתַצֵּב Ex. II, 4. pro תֵּיתַצֵּב

3) In ∵, (1) ante ∵:, ut הֶאֱמִין pro הִאְמִין;

(2) in voce sonora, ut הֶגְלֶה Esth. II, 6. *captivum abduxit*, pro הִגְלֶה. Sic תֶּשִׁי Deut. XXXII, 18. *oblivioni dedisti.* הֶפְדָּה Exod. XXI, 8. *redimi eam patiatur.* &c.

4) In וֹ, in leni prolatione, ut יוֹדַעְתִּי 1. Sam. XXI, 2. *indicavi.* Sic שׁוֹשֵׂתִי Es. X, 13. *deprædatus sum*, pro שִׁסֵּיתִי. ד Catuph.

1) in —, ob literas gutturales, ut וַיָּנַח *& quievit*, pro וַיָּנָח.

2) in ֻ, (1) in signum extrusi נ, ut הֻכֵּיתִי *percussus sum*, pro הֻנְכַּהְתִּי, וַיֻּדַּב Job. XX, 8. *fugabitur*, pro יֻנְדַּב

(2) ob emphasin & pathos, ut מֻשְׁכַּב 2. Reg. IV, 32. *cubare factus sum*, i. e. eo usque jam mortui justa disposita erant; הֻטַּמְּאָה Deut. XXIV, 4. *polluta fuit*, in qva voce argumentum est primarium.

⁝

1) in וֹ, ante indagessabilem, ut הוֹרַג *interfectus est*, pro הֻרַּג, יְסֹעֵר Hos. XIII, 3. יְשֹׁרֵשׁוּ Job. XXXI, 8.

2) in

2) in ד catuph, emphaticè, ut הַיְחָבְדְּךָ Psal. XCIV, 10. *num associabitur tibi*; & cum epenthesi וְקָבְנוֹ Num. XXIII, v. 17. *exsecrare illum*, pro קֻבּוֹ.

—:

1) in ∴, sub literis החע, (1) ad differentiam significationis, ut וַיֶּחֱלֹשׁ Job. XIV, 10. *& debilitatur*; Sed וַיַּחֲלֹשׁ *& debilitavit*

(2) in notam emphaseos, ut הֶטִיבוֹת 1. Reg. VIII, 18. *benefecisti*, ob singularem prædicationem, pro הֲטִיבוֹת.

∴

in —: ob accentus mutationem voce crescente, ut וְהַאֲכַלְתִּיו Es. XLIX, 26. ex הֶאֱכַלְתִּי: & ob præcedentes rationes, quæ omnibus Schevajim compositis communes sunt.

B.

De Crasi heterogenea.

Contrahitur 1) In voce sonora e. g. אֲ_ in וֹ, ut וָאוֹצְרָה Neh. XIII, 13. *thesaurarios constitui*, pro וָאֲאֻצִּירָה, ne vocales ejusdem soni multiplicentur. Sic ∵ ∵ — in — —, ut לַבַּת־אֵשׁ Ex. III, 2. à לַהֶבֶת.

2) Ob literas gutturales e. g. יִחַ in —, ut וַיַּדַּח 2. Chron. XXI, 11. pro וַיַּנְדִּיחַ, וְהֵרַע Jos. XXIV, 20. *& malefecit*, uti propriam vocalem defendit accentus.

3) In conjugatis temporibus e. gr. וֹהַ in ָה, ut עָלָה Gen. XLIX, 3. *ascendendo*; Infinitivus & Præteritum.

4) In notam temporum e. gr. ∵ ∵ in וֹ, ut יֹאמַר pro וֶאֱמוֹר, וַיֹּאֶל & adjuravit, pro וַיֹּאֲלֶה, ut &

5) in

5) in emphasi. e.g. וְנוֹחֲזוּ Num. XXXII, 30. & *possessores fient.* Ex his cætera judicentur.

ARTICULUS IV.

De DIVISIONE VOCIS.

Vox commodè dividitur in Nomen, Verbum & Particulam.

א

Nomen (שֵׁם)

(a) *Nominis Significatio.*

§. I.

PLurima Nomina sunt aut incognitæ, aut nullius radicis; quamvis ex hac illave stirpe per conjecturam deriventur: nam nonnulla nomina, judice D. Seb. Schmidio Tr. de Imagine Dei, supra significationem radicis evehuntur, quædam infra eam deprimuntur.

§. II. Nomen 1) est vel

(1) nudum (פָּשׁוּט) quod tres habet literas radicales.

a) sive explicitas, ut דָּבָר à דבר,

b) sive implicitas, ut, ut אָב ab אבה:

(2) Auctum (בְּתוֹסֶפֶת *cum additione*) quod præter radicales agnoscit serviles, sive præformantes, sive afformantes, sive etiam præformantes & afformantes simul.

2) Literæ aucto inservientes dicuntur הָאֶמְנָתִי Servit enim ה (1) ab initio rarissimè, ut הֶמֵס *liquefactio*, à מסס;

(2) in fine frequentissimè, ut צְדָקָה *Justitia*: א (1) ab initio, ut אְזֹרַע *brachium*,

(2) in

(2) in fine, ut מִבְטָא *pronunciatio*:

מ (1) ab initio, ut מִגְדַּל

(2) in fine, ut אָמְנָם

נ (1) ab initio, maximè nominibus propriis, ut נִמְרֹד, נַפְתּוּל *luctatio*;

(2) in fine, ut קָרְבָּן *oblatio*

(י) (1) ab initio, præprimis nominibus propriis, ut יַלְקוּד *pera pastoralis* יַעֲקוֹב, יִשְׂרָאֵל

(2) in fine, in quo & format nomina numeralia & gentilia, ut חָפְשִׁי *liber*, שִׁשִּׁי *sextus*, ab אַשְׁכְּנַן *Germania*, derivatur אַשְׁכְּנַנִּי Germanus.

ת (1) ab initio, ut תַּרְדֵּמָה *somnus*

(2) in fine, ut מַמְלְכוּת

§. III. Nomen porrò est

1) Verbale, quod immediatè ex radice descendit, ut מֶלֶךְ *rex* à מָלַךְ *regnavit*:

2) Gentilitium, quod com̃uniter ex nomine verbali prosilit, ut עִבְרִי Hebræus, ab עֶבֶר ex עָבַר *transiit*.

3) Diminutivum, quod ex primitivo formatur, ut ex אִישׁ *vir* fit אִישׁוֹן *virunculus*.

§. IV. Nomina verbalia

1) nude posita originem ducunt ex Kal & Piel, ut דָּבָר, שַׁבָּת:

2) Quæ non omnes tres radicales exhibent, oriuntur ex Verbis imperfectis, ut גֵּד à גּוּד, חֵן à חָנַן:

3) Aucta denique, nim. quæ plures quam tres radicales continent, ex Hiphil, & Hithpaël descendunt, ut הַשְׁכֵּל *intelligentia*, ex הִשְׁכִּיל; הִתְחַבְּרוּת *consociatio*, ex הִתְחַבֵּר

Nota: Horum catalogum offert Lexicographis Buxtorffius in Thesauro, etiam Wasmuthus in Hebr. Restit.

(6) *No-*

(6) *Nominis Divisio.*

Nomen aliud est Substantivum, quod iterum est vel Individui seu nomen proprium, vel generum & specierum, seu nomen commune aut appellativum; aliud est Adjectivum.

A.

De Nomine Proprio (שֵׁם הָעֶצֶם *nomen substantiæ singularis.*)

Nomen Proprium est vel Creaturæ, vel Creatoris.

§. I. De nomine proprio Creaturæ sequentia notentur:

1) Illud ex literis י & נ frequentissime exstruitur, ut נָתָן, יָקִים

2) Caret plurali numero.

3) Non assumit affixum, sed hujus loco particulæ cum affixo construuntur, e. g. Jacobus meus ita redditur: יַעֲקֹב לִי Jacobus mihi, aut שֶׁלִּי qui mei

4) Non ponitur in statu constructo.

5) ה emphaticum rarò admittit: potius per illud ה fit appellativum, ut הָאָדָם Gen. I, 20. *hominem.*

§. II. Nomen proprium Creatoris dicitur illud tetragrammaton יְהוָה, nomen DEi essentiale significans Existentiam independentem, cujus affectiones sunt sequentes:

1) caret plurali numero.

2) Non ponitur in statu affixo.

3) Non construitur ut regimen. Legitur quidem יְהוָה צְבָאוֹת, ibi verò subintelligitur אֱלֹהֵי ut sit sensus: Jehovah DEus Zebaoth: Imò secundum Rabbinos, צְבָאוֹת est nomen DEi. Hinc Chaldæus interpres idem in syllabis retinuit, cum in Chaldaismo non וֹת, sed ן pluralis est formæ. (4

4) Puncta vocum אֲדֹנָי & אֱלֹהִים ei sæpe sunt subjecta. Scilicet, hoc nomen per Adonai intendit DEum, conservatorem universi; per Elohim verò simul illum unum, qui est in personis trinus.

5) Nulli ergo creaturæ tribui potest, gradum tamen appositi nominis exaltat in superlativum usque, ut תַּרְדֵּמַה יְהוָה sopor Jehovæ, i. e summus.

B.

De Nomine Appellativo. (שֵׁם חַדָּבָר *nomen rei.*)

Nomen Appellativum est vel mobile, vel immobile.

§. I. Mobile est duarum terminationum, & mutatur ex masculino genere in genus fœmininum, ut עַלְמָן *viduus*, עַלְמָנָה *vidua*. גִּבּוֹר *herus*, גְּבִירָה *hera*, אִישׁ *vir*, אִשָּׁה *virago*.

§. II. Immobile dicitur, quod unius est terminationis, ut סֵפֶר *liber*, תּוֹרָה *lex*.

C.

De Nomine Adjectivo (שֵׁם חַתֹּאַר *Nomen formæ.*)

Consideratur Nomen Adjectivum, partim in motione, partim in comparatione.

I.

Motio Nominis.

§. I. Movetur Nomen adjectivum terminatione, masculinum genus in fœmininum desinens in ה vel ת servile; aut complectitur sub una terminatione utrumque genus, ut רַע *malus*, רָעָה *mala*; טוֹב *bonus*, טוֹבָה *bona*. כָּל *omnis, omne.*

§. II. Gentilia verò Adjectiva, quorum masculina

sculina in Jod desinunt, accipiunt fœmininam terminationem יִת. & pauca quædam הָ, quæ imitantur nomina numeralia & nonnulla alia. In multis utraqve terminatio reperitur, ut adeò constet τὸ ת tantùm crasseos rationem observare, ut יְהוּדִי, עִבְרִית עִבְרִי; נָכְרִיָּה נָכְרִי; שְׁנִית שֵׁנִי; יְהוּדִית & תַּחְתִּיָּה תַּחְתִּית, תַּחְתִּי & עִבְרִיָּה.

II.

Comparatio Nominis.

Gradus comparationis non formantur terminationibus, sed particulis intendendi.

§. I. Comparativus est vel

1) Absolutus, datus per יוֹתֵר *magis*, ut טוֹב יוֹתֵר *bonus magis*, i. e. melior: vel

2) Constructus per מִן partim nude, partim cum voce coalescens expressus; quæ particula reddi potest

(1) comparatè, ut טוֹבָה חָכְמָה מִפְּנִינִים *bona est sapientia præ margaritis*, i. e. melior;

(2) adversativè, ut *bonum est se recipere ad Jehovam* מִבְטֹחַ *præ confidere in homine*, i. e. non confidere. Sic in N. T. Luc. XVIII, 14. *Descendit iste justificatus, quam ille*, i. e. non ille.

§. II. Superlativus est vel

1) Absolutus, quem sistunt

(1) particula מְאֹד *valde*, ut טוֹב מְאֹד *valde bonus*, i. e. optimus;

(2) repetitio adjectivi, ut רַע רַע *malus malus*, i. e. pessimus;

(3) numerus pluralis, ut חָכְמוֹת Prov. I, 20. *sapientiæ*, i. e. summa sapientia;

(4) Voces prægnantes, e. g. בְּכֹר *primogenitus*, ut

ut Exod. IV, 22. Jer. XXXI, 9. רֹאשׁ *caput*, ut Pſ. CXXXVII, 6. חֵלֶב *adeps*, ut Gen. XLV, 18.

(5) abſtractum pro concreto, ut אַרְצְכֶם שְׁמָמָה Lev. XXVI, v. 33. *terra veſtra deſolatio erit*, i. e. maxime deſolata. Vel

2) conſtructus, quem efferunt

(1) Status conſtructus, ut אֲדֹנֵי אֲדֹנִים *Dominus Dominorum*, i. e. ſummus Dominus.

(2) Status affixus, ut קְטֹן בָּנָיו *parvus filiorum ejus*, i. e. minimus. Sic טוּבָם Eſræ IX, 12. *bonum eorum*, i. e. optimum;

(3) præfixum ב, ut קָטֹן בַּגּוֹיִם *parvus in gentibus*, i. e. minimus gentium;

(4) ה emphaticum, ut שֶׁמֶן הַטּוֹב 2. Reg. XX, 13. *oleum illud bonum*, i. e. optimum;

(5) Conſtructio cum nomine DEI יְהוָה, יהּ, אֵל, אֱלֹהִים, ut עֲצֵי יְהוָה Pſ. CIV, 16. *arbores Jehovæ*, אַרְזֵי־אֵל Pſal. LXXX, 11. *cedri DEI*, i. e. excellentes.

(γ) *Nominis Proprietas.*

Duo præcipua ſunt, quæ nomini competunt quorum alterum dicitur Genus, alterum Declinatio

A.

De Genere Nominis.

§. I. Genus nominum eſt vel Diſtinctum, vel Conjunctum.

1) Diſtinctum eſt (1) Maſculinum (לָשׁוֹן זָכָר *lingua maris.*) ut גָּדֹל *magnus.*

(2) Fœmininum, (לָשׁוֹן נְקֵבָה *lingua fœminæ.*) ut גְּדוֹלָה *magna.*

2) Conjunctum genus vocatur & Commune, ut אֲנִי *ego*, דֶּרֶךְ *via*, לָשׁוֹן *lingua*.

3) Neutrum non datur ratione terminationis, attamen ratione significationis, ut לֹא טֹב *non bonum* sc. factum.

§. II. Genus cognoscitur

1) ex Significatione:

(1) Masculina sunt nomina DEI, ut אֱלֹהִים *DEus*; Virorum & virilis officii, דָּוִד, פֶּחָה *Dux*; Montium, ut מֹרִיָּה *Morijah*; Populorum, ut מִצְרִי *Ægyptius*; Fluviorum, ut פְּרָת; *Euphrates*, Mensium, ut אָבִיב *Martius*.

(2) Fœminina sunt nomina Mulierum & muliebris officii, ut רָחֵל *Rachel*, אֵם *Mater*, פִּלֶגֶשׁ *concubina*, שֵׁגַל *conjux*; Regionum, ut פָּרַס *Persia*; Insularum, ut כַּפְתֹּר; Urbium, ut בָּבֶל; geminorum membrorum corporis, ut יָד *manus*, רֶגֶל *pes*.

(3) Communia sunt nomina animalium, sub una terminatione utrumqve sexum notantia, ut רְאֵם *Ursus & Ursa*

b) Numeralia à viginti ad centum inclusivè.

2) Ex Terminatione:

(1) Omnia nomina in ה definentia sunt generis fœminini, ut צְדָקָה *justitia*.

Excipiuntur a) duo masculina מוֹרָה *novacula*, צָבָא *exercitus* quia horum ה est loco א,

b) tria Communia מֵאָה *centum*, רִצְפָּה *pavimentum*, מִקְשָׁה *cucumerarium*.

(2) Omnia nomina in ת servile definentia sunt generis fœminini.

Exci-

Excipiuntur a) נְחשֶׁת Thr. I, 7. *æs*, qvod commune, & b) דְּמוּת *similitudo*, quod masculinum.

Nota. Exceptiones sunt apparenter tales; nam Hebræis licitum est nomen in qvovis genere usurpandi.

3) Ex ratione numerandi;

Numeralia Cardinalia à tribus ad decem incl. in ה_ desinentia sunt masculina; in radicalem verò fœminina, ut אַרְבָּעָה *quatuor* (viri), אַרְבַּע *quatuor* (fœminæ) A viginti verò ad centum incl. sunt generis communis.

4) E Subintellectis: Vox subintelligens alteram, vocem hujus assumit genus, ut יָמִין *dextra*, scil יָד *manus*, עֶרֶב aliquando fœmininum est, dum subauditur וּעת. Sam. XX, 5. Sic לֹא טֹב *non bonum* scil. factum. נְכוֹנָה non in ore ejus *recta*, sc. אִמְרָה, uti suppletur Ex. XVIII, 17. 1. Sam. XXVI, 16. Neh. V, 9.

5) Ex differentia significationis, ut עַב *nubes densa*, quod fœmininum; עָב *trabs* quod masculinum

6) Ex constructione nominis cum nomine, pronomine aut Verbo.

§. III. Hebræi genus liberè usurpant, mutando masculinum pro re nata in fœmininum & vice versa. Hinc accidit, ut masculinum singularis numeri, induat in plurali fœmininum genus.

§. IV. Vox sæpius occurrit tantum in extraordinario genere, dum deficit occasio alterius generis

B.

De Declinatione.

Nomina flectuntur in Numeros terminatione & Casus significatione.

I.

Numeri nominum (מִסְפָּר)

§. I. Numerus est triplex: Singularis, Dualis & Pluralis.

§. II. Terminatio 1) Dualis est ־ַיִם quæ formatur

(1) à singulari, ut יָד, יָדַיִם; שָׂפָה, שְׂפָתַיִם:

(2) in quibusdam nominibus commodius à plurali, ut חוֹמָה *murus*, plur. חוֹמוֹת *muri*, dual. חֹמוֹתַיִם *duo muri*.

2) Pluralis, (1) Masculinorum est ־ִים, ut מֶלֶךְ, מְלָכִים *reges*; גְּרִי, גְּרָוִים;

(2) Fœmininorum est ־וֹת, ut כַּבְשָׂה *agna*, כְּבָשׂוֹת; מַלְכָּה *regnum*, מְלָכוֹת.

(3) Utraque formantur a) à suo singulari, ut אָמָה *ancilla*, אִמָּהוֹת; דָּבָר, דְּבָרִים;

b) ab inusitato singulari, ut אֲחָיוֹת *sorores*, quasi ab אֲחָיָה; עֲטָרוֹת *coronæ*, ab עֲטֶרֶת *corona*, quasi ab עֲטָרָה

(4) Nomina ex geminatis orta in plurali assumunt Dagesch forte, ut תֹּם *integritas*, תֻּמִּים

(5) Nomen communis generis sequitur partim masculinorum, partim fœmininorum terminationes.

§. III. Non omnia nomina singulos observant Numeros; quædam enim Singularia tantùm sunt, quædam Dualia, & nonnulla Pluralia. Vicissim alia duos tantùm agnoscunt numeros demto tertio. Denique sunt nomina, quæ in diversis quidem numeris non reperiuntur; negari tamen nequit, quin in iisdem olim usitata fuerint.

1) Singularis numeri (יָחִיד *solitarius* numerus) solùm sunt (1) quæ

(1) quæ in plura genera dividi nequeunt, nim.
a) Nomina propria;
b) quorum species in rerum naturâ una tantum est, ut יָרֵחַ *luna*, חֹרֶף *hyems*, קַיִץ *æstas*, unius scl. anni.
(2) Quæ in se continent pluralitatem, ut צֹאן *grex*, constat ex multis pecudibus; יַיִן *vinum* ex multis virtutibus; שִׂנְאָה *odium*, ex pluribus uno motibus affectus; זָהָב *aurum* ex multo pretio.
2) Dualis numeri (חִבּוּר *conjunctus* numerus) solùm sunt, quæ neque naturâ, neque arte minui aut multiplicari possunt, ut צָהֳרַיִם *meridies*, constans ex antemeridiano & postmeridiano tempore; Sic מֹאזְנַיִם *lances*.
3) Pluralis numeri (רִבּוּי *multiplicatus* numerus) sunt, quæ multa & varia simul exprimunt, ut מְתִים *homines* omnis ætatis, generis &c. בְּתוּלִים *virginitas*, ob varias virtutes.

§. IV. Gemina natura vel arte possunt in singulari pariter ac duali aliquando declinari, non vero in plurali, ut נַעַל *calceus*, נַעֲלַיִם *par calceorum*. Sic שִׁבַּע עֵינַיִם, אַרְבַּע כְּנָפַיִם.

§. V. Nonnulla formam quidem habent
1) Dualis numeri, significant nihilominus singulariter, ut מַיִם *aqva*, שָׁמַיִם *cœlum*, יְרוּשָׁלַיִם *Hierosolyma*; aut
2) Pluralis numeri, & sunt singularia, ut תָּמִים *perfectus*, אֲחוֹת *soror*.

§. VI. Uti genus ita terminatio liberè usurpatur, prout naturam rei, qualitatem aut differentiam vocis explicare voluerunt:
1) in notam originis vocis, e. g. אָב, quia stat

pro אֵבָה vi radicis אבה, declinatur pluraliter in אֵבוֹת;

2) ob excellentiam, dignitatem & contemtum, ut אֵימִים Job. XX, 25. *terrores*, pro אֵמוֹת: i. e. terrores DEus inferet hypocritis, quibus vel masculus animus percellitur. הֵיכָלוֹת Hoseæ IIX, 14. *Templa* abjecta.

3) ad differentiam significationis, ut קוֹלִים *levitates*, קוֹלוֹת *voces*; עֲפָרִים *hinnuli*, עֲפָרוֹת *pulveres*.

§. VII. Figuræ frequentiores sunt

1) Antithesis: א pro ה, ut טָלֶה, טְלָאִים. א pro י, ut חֲלִי, חֲלָאִים. ו pro ה, ut קָשָׁה *scutella*, קְשָׁוֹת, קָצֶה, קְצָוִים. ת pro ה, ut שָׂפָה, שְׂפָתַיִם.

Specialis antithesis est literæ ן pro ם, in plurali numero, ad formam linguæ Chaldaicæ: nimirum quædam abjecta & execranda per chaldaicam terminationem exprimuntur, ut Prov. XXXI, 3. *Ne des vias tuas ad extingvendum* מְלָכִין *reges* more ethnicorum, qui non veriti sunt suos reges necandi. Thr. I, 4. *Omnes portæ* (Zijonis) שֹׁמְמִין *vastatæ sunt*, scil. crudelitate Chaldæorum. Jobi XXXI, 10. *super uxorem meam excurvent se quoque* אֲחֵרִין *alii*, nim. detestabiles, quales sunt Assyrii.

2) Crasis: Datur illa ד omisso in statu constructo, ob defectum consonæ super ד ponendæ, ob numerum orat. & alias rationes, quas vide p. 55. sq. ut צְדָקָה *justitia*, pl. צְדָקוֹת & constructè צִדְקוֹת; צִי *navis*, צִים & צִיִּים; עָרוּם, עֲרֻמִּים

3) Apocope τοῦ ם pluralis e. g. ob actus celerita-

ritatem numericè, ut חֲצִי 1. Sam. XX, v. 38. pro חֲצִיִם. Sic כָּרִי 2. Reg. XI, 4. 19.

II.
Casus nominum.

§. I. Casus Hebræorum sunt latentes, non patentes: nam nomina sunt quidem ἄκλιτα ratione terminationis, ratione significationis tamen certos casus admittunt.

§. II. Dignoscuntur autem Casus

1) ex notis nomini immediatè appositis: Nam Nominativus declaratur per verbum tertiæ personæ, ut וַיהוָה דִּבֶּר *Jehovah locutus est.*

Genitivus dependet (1) à statu constructo, ut דְּבַר יְהוָה *Verbum DEI*;

(2) à שׁ sægollato, ut שֶׁלִּי *mei.*

(3) à ל præposito, partim in significatione subjecti possidentis, partim in Versione, dum genius lingvæ peregrinæ illud in alio casu non exprimit, ut לְדָוִד *Davidis.*

Dativus præfixum ל tanquam ordinarium amat, ut לָנֶצַח Es. XXXIV, 10. *seculo*, i. e. in seculum

Accusativus assumit אֵת (1) post Verbum activum, ut Gen. IV, 1. יָדַע אֶת־חַוָּה Adam *cognovit Hevam.*

(2) post Verbum Neutrum, ut וַיֵּצְאוּ אֶת־הָעִיר Gen. XLIV, 4. *egressi sunt urbe*;

(3) post passivum per ellipsin עַד Quoad, ut לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ Gen. XVII, 5. *non amplius vocabitur* quoad *nomen tuum*, quod est Abram, vide accentum.

(4) post nomen verbale subintellecto τῷ Quoad, ut דֵּעָה אֶת־יְהוָה Esa. XI, 9. *cognitio* quoad *Dominum*.

Vocativus ostenditur (1) per Verbum secundæ personæ, ut שְׁמַע יְהוָה *audi Jehovah*;

(2) per ה emphaticum, ut הַמֶּלֶךְ O Rex!

Ablativus particulis בְּ aut מִן sustentatur, ut בְּדָוִיד *cum Davide*, מִגִּבֹּרִים *à viris*.

2) Ex Consecutione accentus, ut 2. Sam. XXI, 14. *& exoratus est DEus terræ | postea*: ubi Distinctivus voci terræ adhærens monstrat Dativum; Servus aliàs Genitivum formasset. conf. Wasm. de Accentibus.

3) Ex Vocum contextu, ut תֹּאבְדוּ דֶּרֶךְ Ps. II, 12. *peribitis via*, i. e. in via.

4) Ex charactere appositionis: In appositione utrique Substantivo eædem particulæ apponuntur, ut לַאדֹנִי לְעָשָׂו Gen. XXXII. 4. *Domino meo Esavo* וָאֶקַּח אֶת־אֲבִיכֶם אֶת־אַבְרָהָם Jos. XXIV, 3. *& assumsi patrem vestrum Abrahamum*; Quod si altera particula omissa fuerit, alius emergit sensus, ut וַיֵּצֵאתָ לְיֵשַׁע עַמֶּךָ לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ Hab. III. v. 13. *existi in salutem populi tui, in salutem cum uncto tuo.* Sic Gen. IV. v. 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה *acquisivi virum cum Jehovah*: Si אֶת nota esset accusativi, h. m. construeretur אֶת־אִישׁ אֶת־יְהוָה. It. Jud. VIII, 7. in membro discreto: וְדַשְׁתִּי אֶת־בְּשַׂרְכֶם אֶת־קוֹצֵי הַמִּדְבָּר *Et triturabo carnem vestram; & quidem triturabo spinis deserti.*

(δ) *Pronomen* (כִּנּוּי *cognomen.*)

§. I. Pronomen seu nomen vicarium est partim integrum, partim defectivum. 1) In-

1) Integrum distingvitur genere & numero, qvod est Pronomen personale. Ejus

(1) genus (a) masculinum; e. g. אַתָּה *tu*; (b) fœmininum, e. g. אַתְּ *tu*; (c) commune, e. g. אֲנִי *ego*; (d) neutrum tertiæ personæ est terminationis fœmininæ, interdum & masculinæ.

(2) Numerus, e. g. אַתָּה *tu*, plur. אַתֶּם *vos*.

2) Defectivum caret altero genere, numero, aut utroqve, cujus defectus sunt cætera omnia: e. gr. מִי *quis*, *quæ*, utriusque generis & numeri. זֶה, זוֹ &c. *hic*, *hæc*, singularis tantùm numeri; אֵלֶּה *illi*, *illæ*, *illa*, numeri solùm pluralis.

§. II. Significatio pronominum sæpe deflectitur à propria in alienam, partim, uti videtur à contextu, partim ex imperfectione translationum: e. g. אֲשֶׁר præter relativam admittere cogitur causalem significationem; *ut*, *qvod*, *nam*, *quia*. מָה sumitur qvoqve pro valore, *quantus*, *quot*, *tot*, *quoties*, *quamdiu*. זֶה partim indefinitè, partim relativè explicatur. Sed hac de re in Lexicis.

§. III. Pronomen dividitur in Demonstrativum, Interrogativum, Possessivum, Relativum, & Reciprocum.

A.

De Pronomine Demonstrativo.

Pron. Demonstrativum est vel Declinabile, vel Indeclinabile.

I.

Pronomen Dem. Indeclinabile,

§. I. זֶה, זוֹ, זֹה, זֹאת, *hic*, *hæc*, *iste*, *ista* 1) genere à se invicem discerni volunt, quod זֶה plerumqve

qve ſit maſculini & in ſignificatione plurali communis generis; זו autem in fœminino acquieſcat:

2) Obliqvos caſus mediante articulo admittunt, e.g.

שֶׁלָּזֶה	*iſtius.*	שֶׁלָּזֹאת	*iſtius.*
לָזֶה	*iſti.*	לָזֹאת	*iſti.*
אֵת זֶה	*iſtum.*	אֵת זֹאת	*iſtam.*
מִזֶּה	*ab iſto.*	מִזֹּאת	*ab iſta.*

3) παρέμπτωσιν τοῦ ל etiam ante הַ uti & apocopen τοῦ ה patiuntur, ut הַלָּז, הַלָּזֶה.

§. II. אֵלֶּה & per Apocopen אֵל *illi*, *illæ*, communis eſt generis.

Nota: הָאֵל octies pronomen, aliàs DEum ſignificat.

II.

Pronomen Demonſtr. Declinabile.

Vocatur etiam Perſonale, quia eſt trium perſonarum & utriusque numeri.

Dividitur in Separatum & Inſeparabile.

§. I. Pronomen perſonale Separatum 1) declinatur per Caſus demto ipſius capite, quod caput ſeu ultima ſyllaba ſuffigitur particulis caſu recto manente integro:

Declinatio per Numeros.

Singularis			*Pluralis*
אֲנִי *ego*	commune		אֲנַחְנוּ *nos*
אַתָּה *tu*	maſculinum		אַתֶּם *vos*
אַתְּ *tu*	fœmininum		אַתֶּן *vos*
הוּא *ille*	maſculinum		הֵם *illi*
הִיא *illa*	fœmininum		הֵן *illæ*

Declinatio per Casus.

Primæ Personæ.

Singularis		*Pluralis*
אֲנִי *ego*	Nomin.	אֲנַחְנוּ *nos*
שֶׁלִּי *mei*	Genit.	שֶׁלָּנוּ *nostrûm*
לִי *mihi*	Dativ.	לָנוּ *nobis*
אֹתִי *me*	Accus.	אֹתָנוּ *nos*
מִמֶּנִּי *à me.*	Ablat.	מִמֶּנּוּ *à nobis.*

Secundæ Personæ:

אַתָּה *tu* / אַתְּ	Nomin.	אַתֶּם *vos* / אַתֶּן
שֶׁלְּךָ *tui* / שֶׁלָּךְ	Genit.	שֶׁלָּכֶם *vestrum* / שֶׁלָּכֶן
לְךָ *tibi* / לָךְ	Dativ.	לָכֶם *vobis* / לָכֶן
אֹתְךָ *te* / אֹתָךְ	Accus.	אֶתְכֶם *vos* / אֶתְכֶן
מִמְּךָ *à te.* / מִמָּךְ	Ablat.	מִמְּכֶם *à vobis.* / מִמְּכֶן

Tertiæ Personæ.

הוּא *ille* / הִיא *illa*	Nomin.	הֵם *illi* / הֵן *illæ*
שֶׁלּוֹ *illius* / שֶׁלָּהּ	Genit.	שֶׁלָּהֶם *illorum* / שֶׁלָּהֶן *illarum*

Singu-

Singularis		*Pluralis*
לוֹ } *illi*	Dativ.	לָהֶם } *illis*
לָהּ }		לָהֶן }
אֹתוֹ } *illum*	Accuſ.	אֹתָם } *illos*
אֹתָהּ } *illam*		אֹתָן } *illas*
מִמֶּנּוּ } *ab illo*	Ablat.	מֵהֶם } *ab illis.*
מִמֶּנָּה } *ab illa.*		מֵהֶן }

2) Potiores ejus Figuræ in ſchemate conſpiciuntur.

אֲנִי	אָנֹכִי	נַחְנוּ	אֲנַחְנוּ
אַתָּה	אַתְּ	אַתֶּם	אַתֶּן
אַתְּ	pro	הֵמָּה	pro הֵם
הוּא & הִוא	הִוא	הֵנָּה	הֵן
		אֵלֶּה	אֵל

(1) Maſorethæ quindecim in locis notant לֹא quaſi pro לוֹ poſitum, quod Scripturæ S. minus conveniens videtur eſſe. Bene Guſſetius: *qvid lingvæ inſtituendæ fini, nempe cogitationi noſtræ aperiendæ magis repugnat, quam vocis negativæ incertæ ſignificatio.* Comment. L. Ebr. pag. 421. Senſus negativus ſemper planus emergit: Job. VI, v. 21, *quia nunc facti eſtis,* לֹא *nihil.* vid. Noldii Concord. Part. p. 489. Jobi XIII, 15. *ecce occidet me,* לֹא *nonne ſperabo? tantum vias meas ad faciem ejus rectificabo.* 2. Reg. VIII, 10. *dic non* לֹא *vivendo vives?* Eſa. IX, 3. Lutherus: damit machſtu der Freuden nicht לֹא viel. It. Eſ. XLIX, 5. Ex. XXI, 8. Lev. XI, 21. & cap. XXV, 30. עַד־לֹא *præter murum* ſc. habitaculum, quod

quod civitatis murum attingit manet ementi ptopri-um, quod non murus, seu præter murum. 1. Sam. II, 3. לֹא Lutherus: wird nicht gelingen. 2. Sam. XVI, 18 לֹא *non ero cum amico*, sed uti accentus docet & Athnachus supplet Es. LXIII, 9. *in omni angustia eorum* non לֹא *erat inimicus*, *nam angelus Domini*, *&c.* Conf. Gussetius l. c. Pf. C, 3. CXXXIX, 16. Prov. XXVI, 2. Esr. IV, 2. לֹא per *non* explicatur v. Luth. Seb. Schmid. 1. Chron. XI, 21. *Sed* לֹא *non nomem inter tres* priores. conf. 2. Sam. XXIII, 19.

(2) Iidem Masorethæ לוֹ pro לֹא venditant; Sed 1. Sam. II, 16. Lutherus & Schmidius ordinarium servant. Sic 1. Sam. XX. 2. ecce *ipsi* tibi *faciet pater meus verbum.*

§. II. Pronomen Inseparabile est, qvod voci vel præfigitur, vel suffigitur.

1) Præfixa sumuntur ex Separatorum litera, quæ non est ultima, qualia sunt

a) Verborum אתיין signa futuri temporis, quarum א ex אֲנִי, ת ex אַתָּה & אַתְּ, י antithetice ex הוּא, & נ ex אֲנַחְנוּ;

b) Nominum & Verborum ה Demonstrativum ex הוּא & שׁ Relativum ex אֲשֶׁר

2) Suffixa, quæ & affixa vocantur, (1) derivantur ex ultima syllaba Separatorum. Hæc

a) suffiguntur Nomini, Verbo & Particulæ, ut לִבִּי *cor meum*, פְּקַדְתִּי *visitasti*, אֹתוֹ *illum*.

b) differunt inter se significatione; in nominibus significant Pronomina Possessiva, *meus*, *tuus*, *suus*; in Verbis verò & particulis Personalia, *me*, *te*, &c. Deinde literis, ad differentiam enim loco ת nomina eligunt כ, ut דִּבַּרְתֶּם *locuti estis*, דִּבְרֵיכֶם *verba*

verba vestra: Porrò vocalibus, uti ex schematibus patebit: Deniqve affixo nominis in plurali adhæret ־ multitudinis, ut יָמֶיךָ *dies tui*, quo destituuntur verba.

Schema Affixorum Nominum.

Singularis.

־ִי *meus, a*, ut	דְּבָרִי	־ֵנוּ *noster, a*, ut	דְּבָרֵנוּ
־ָךְ *tuus*, ut	דְּבָרְךָ	־ְכֶם *vester*, ut	דְּבַרְכֶם
־ֵךְ *tua*, ut	דְּבָרֵךְ	־ְכֶן *vestra*, ut	דְּבַרְכֶן
־ֹו *ejus, suus*, ut	דְּבָרוֹ	־ָם *eorum, suus*, ut	דְּבָרָם
־ָהּ *ejus, sua*, ut	דְּבָרָהּ	־ָן *earum, sua*, ut	דְּבָרָן

Pluralis.

־ַי *mei, æ*, ut	דְּבָרַי	־ֵינוּ *nostri, æ*, ut	דְּבָרֵינוּ
־ֶיךָ *tui*, ut	דְּבָרֶיךָ	־ֵיכֶם *vestri*, ut	דְּבָרֵיכֶם
־ַיִךְ *tuæ*, ut	דְּבָרַיִךְ	־ֵיכֶן *vestræ*, ut	דְּבָרֵיכֶן
־ָיו *ejus, sui*, ut	דְּבָרָיו	־ֵיהֶם *eorum, sui*, ut	דְּבָרֵיהֶם
־ֶיהָ *ejus, suæ*, ut	דְּבָרֶיהָ	־ֵיהֶן *earum, suæ*, ut	דְּבָרֵיהֶן

(2) Distribuuntur in Levia, quæ unam consonam habent mobilem; & Gravia, quæ duas constituunt, quales sunt ־ֵן, ־ֶם; ־ֶן, ־ֵכֶם, quamobrem puncta status constructi his subjunguntur, ut דִּבְרֵיכֶם, דִּבְרֵיכֶן.

(3) Affixa terminationem pluralis ־ִים & dualis ־ַיִם abjiciunt, ut à דְּבָרִים, דִּבְרֵי *verba mea*, דִּבְרֵינוּ *verba nostra*; à שִׂפְתַיִם, שִׂפְתֵי. Sed terminatio ־וֹת pluralis ante affixa manet, ut אֲבוֹתַי *patres mei*.

(4) Figu-

(4) Figurata ſunt :

כָה, ךָ	ךְ	הֶם, מוֹ utriusque numeri ex ו τȣ̃ הוּא & ם τῶν הֵם conflatum, pro quo & מוֹ legitur ָם Ex.XV,5. וְכַסְּוֻמוּ;
כִי	ךֵ	
הוּ, ה, ו pro	וֹ	
הָ, ָה	ָה	הֵן, ָן
הִוא	הִיא & הוּא	ֵהוּ, וֹהִי, ָו pro ָיו
		ֵיהֶם ֵימוֹ

B.

De Pronomine Interrogativo.

§. I. Interr. eſt מִי *qvis*, *qvæ?* מָה & מֶה *quid? qvæ?*

§. II. Declinatur per caſus: Genitivus pronomen nomini poſtponit, ut שׁוֹר מִי *cujus bos?* Dativus לְמִי *cui?* Accuſ. אֵת מִי *quem?* &c.

C.

De Pronomine Poſſeſſivo.

Poſſeſſivorum loco adhibentur affixa demonſtrativa, ut ִי *meus*, ךָ *tuus*, וֹ *ſuus*.

D.

De Pronomine Relativo.

Relativum unicum eſt אֲשֶׁר utriusqve generis & numeri.

E.

De Pronomine Reciproco.

Peculiare Pronomen qvod reciprocum vocatur Hebræi non habent; exprimunt autem illud

1) per Conjugationem Reciprocam Hithpaël, ut הִתְפַּקֵּד *ſeipſum viſitavit*;

2) per nomen ſubjecto conveniens, quod reſpicit (1) Perſonam, cujus partes & quicquid ipſi competit, ſunt loco reciproci, e. g. נַפְשׁ ut Jud. XVI, 30. moriatur *anima* mea, i. e. ego ipſe. רֹאשׁ ut Gen. XL, 19. tollet Pharao *caput* tuum, i. e. te ipſum. פֶּה *os* Eſ. XXX, 2. שֵׁם *nomen* Jer. XXXIII. 19.

(2) Subſtantiam rei a) animatæ, ut עֶצֶם *os*, Job. XXI, 23. בְּעֶצֶם תָּמּוֹ *in ipſa integritate ſua.*

b) inanimatæ, ut דָּבָר Gen. XLIII, 18.

כ

Verbum (פֹּעַל)

§. I. Verbum eſt vox flexilis, ſignificans cum Numero, Perſona, Genere & Tempore, Actionem, Paſſionem; vel neutralem habet ſignificationem.

§. II. Conſtat plerumque tribus literis radicalibus; quæ redundant, vocantur barbarè Verba Quadrata (מְרֻבָּעִים) Hæc ſunt partim

1) Quadrilitera, τετραγράμματα, affecta quatuor literis radicalibus, ſive

(1) illas iterando, ut שַׁאֲנַן Jer. III, 10. *tranquillus fuit*, בִּרְכֵּר 2. Sam. VI, 14. *ſaltavit*, סִלְסֵל Prov. IV, 8. *extulit*, קַרְקַר Num. XXIV, 17. *deſtruxit*, טַאטֵא Eſa. XIV, 6. *everrit* אֲמַלֵּל Hoſ. IV, 3. *infirmatus fuit*, עָרַעַר Jer. LI, 58. *nudando*, וְשַׁעֲשַׁע Eſ. XI, 8. *multum oblectavit ſe*, כִּמְתַעְתַּע Gen. XXVII, 12. *ſicut errare faciens*; רַעֲנַן Job. XV, 32. *vireſcere* יִתְמַרְמַר Dan. IIX, 7. *exacerbavit ſe.*

(2) diverſas ponendo, ut כִּרְבֵּל 1. Chron. XV, 27. *texit*, וּפוּפִיתָה Pſal. XLV, 3. *valde ſpecioſus es*, כִּרְסֵם Pſ. LXXX, 14. *ſuffodit*, פָּרְשֵׁן Job. XXVI, 19.

expan-

expandit, רִמַּשׁ Job. XXXIII, 25. *recreatus fuit*, מִתְחָרֵה Jer. XXII, 15. *miscens*, צִמְּתוּנִי Pſ. LXXXIIX. 17. *constrinxerunt me:*

2) Quinquelitera, πεντγράμματα, etiam multilitera, quinque literis donata, ut סַחְרְחַר Pſal. XXXVIII. 11. *palpitavit*, חֲמַרְמְרוּ Thren. I, 20. *contarbata sunt*, וְרַקְרַק Lev. XIII, 49. *valde flavus fuit.* שַׁחַרְחֹרֶת Cant. I, 6. *subnigra.*

Nota I. Geminatio ſecundæ & tertiæ radicalis denotat diminutionem ſignificati; primæ verò & ſecundæ augmentationem.

II. Solent iſta verba ad Conjugationes graves, Piel, Pyal & Hithpâel conjugari, in quibus Dageſch forte inſufficiens eſt alteri ſignificationi exprimendæ.

§. III. Duo Verba per Metalepſin & Syntheſin in unum coaleſcunt, ut אֲבוֹשָׁה Pſ. XXXI, 2. Cujus א ex r. יָבֵשׁ *exaruit*, ו autem ex בוּשׁ *pudefieri*, i. e. pudefiant, ut exareſcant. מְקַלְלוּנִי Jer. XV, 10. *maledicunt mihi ignominioſe*, ex קָלַל *maledixit*, & קָלָה *ignominia affecit.* מוּל Joſ. V, 2. ex מוּל & מָלַל, *præcidendo circumcide.* Sic צוּר Eſ. VIII, 16. *liga* וְרוֹם Num. XXIV, 7.

Nota: Sæpe numero alterum compoſiti in Scriptura non exſtat.

§. IV. Ab ordinaria punctatione verbi flexi non eſt temerè recedendum, e. g. הִשְׁאִיר in præterito 2. Reg. III, 25. volunt nonnulli ſtare pro הַשְׁאֵר Infinitivo; ſed comode redditur per præteritum in ſenſu impersonali: *donec reliquit*, (aliquis) *lapides ejus in pariete Charoſchetæ, quam tamen* &c.

Sic Esa. XXXI, 5. וְהַצִּיל וְהַמְלִיט tegendo *etiam eripiet*, transiliendo *etiam liberabit*, S. Schmid. אַחַר חָלַץ *postquam eruit* Lev. XIV, 43. Schmid.

§. V. יֵשׁ *existit*, *est* non flectitur per tempora & numeros.

(α) Conjugatio in genere. (בִּנְיָן *ædificium*)

§. I. Conjugatio est tantùm una certis characteribus in qvatuor classes divisa, qvæ usu loquendi quatuor Conjugationes nominantur.

§. II. Nomina Conjugationum Kal, Niphal Hiphil, Hophal, Piel, Pyal, Hithpael, sunt antiqvi Paradigmatis פָּעַל *operatus est* hodie ob anomaliam mediæ gutturalis abrogata.

§. III. Placuit paradigma פָּקַד lenis pronunciationis præ מָשַׁל inexpeditæ linguæ à b. D. Pfeifero commendato retinendi; cum sola etiam fœminina terminatio דִּית minus distincta tanti non est, ut novandi occasionem præbeat.

§. IV. In multis Grammaticis anomala denominantur adhuc à literis פָּעַל e. gr. יָשַׁם est verbum פ״י, i. e. primæ radicalis Jod, quia litera פ in פָּעַל est prima litera paradigmatis; קוּם est verbum ע״ו, nam ע est media litera, & קָרָה est verbum ל״ה, quia ל est ultima paradigmatis. Methodus viam faciliorem amat, qvâ dicitur, verbum primæ Jod, mediæ Vau, tertiæ ה.

§ V. Tres priores Conjugationes habent formam Activam & Passivam; Ultima verò reciprocam, seu activam & passivam simul, ut הִתְקַדֵּשׁ *sanctificavit se*, vel *sanctificatus est à se*.

§. VI. Pauciſſima verba in omnibus conjugatio-

gationibus leguntur, pleraqve in pluribus, & nonnulla in una solùm.

§. VII. Quædam Verba in diversis simul Conjugationibus, aut in diversa quoque Voce deprehenduntur, ut יִרְדֹּף Ps. VII, 6. cujus chirek & cholem ex Kal; Dagesch cùm Pathach ex Piel desumta sunt: explicatio est, *ille persequitur & alter persecutionem patitur*, i. e. *non resistit*. הִטַּמְּאָה ex Hophal & Hithpaël, Deut. XXIV, 4. *polluta est ab alio, ut seipsam polluerit*, i. e. *consenserit*.

§. VIII. Quia formalis verbi significatus nondum omnis apertus est, Varietatem translationis per conjugationes ex Lexicis petere licet.

§. IX. Conjugatio est vel Transitiva s. Activa (פְּעָלִים יוֹצְאִים *transeuntes*) cujus actio ab ipso agente in aliud quippiam dimanat, ut פָּקַד *visitavit*; vel Intransitiva, seu Neutralis (עֹמְדִים *stantes*) cujus actio in ipso agente subsistit, ut הָלַךְ *ambulavit*. Respectu prioris additur & tertia forma, quæ est Passiva. (נִפְעָלִים à Niphal)

Nota I. Neutra dicuntur Intransitiva, non, qvod passive non conjugantur, sed qvod in eadem significatione cum passivis non conjugantur, ut, הָלַךְ *ambulavit*, in Niphal verò, *abire coactus est*.

II. Multa sunt neutra, etsi in versionibus neutraliter non sonent, uti vocalis prodit.

§. X. Conjugationes quæ Dagesch forti in media radicali non gravantur, vocantur Lenes (בְּנָיִן קַל) cæteræ verò Graves (בְּנָיִן כָּבֵד). Ex quibus

§. XI. Ordinis ratio apparet, cur primæ Conjugationi Kal & Niphal statim subjiciatur Hiphil,

Hophal, quod hæ duæ Conjugationes ejusdem ſint rationis, naturæ, uti & cognationis.

§. XII. Quælibet conjugatio flectitur per Tempora, Perſonas & Numeros.

A.

De Temporibus. (זְמַנִּים)

§. I. Tempora ſunt quinque: Infinitivus, Imperativus, Futurum, Præteritum & Participium.

§. II. Carent Hebræi tempore Præſenti, quia inter Præſens, Præteritum & Futurum vix intercedit momentum: Unde Præſens, pro re nata vel magis ad Præteritum, vel ad Futurum inclinat.

§. III. Conveniunt Imperativus & Infinitivus, quia illius hic ſignificationem includit, dum ſubaudit τὸ oportet.

§. IV. Optativum efferunt per Præteritum aut Futurum præmiſſâ particula לוּ *utinam.*

§. V. Gerundia format Infinitivus ſibi præfigens literas בְּכֹלַם, ut בִּפְקֹד *in viſitando*, כִּפְקֹד *juxta viſitandum*, לִפְקֹד *ad viſitandum*, מִפְקֹד *à viſitando*, *præ viſitando*, *aut viſitatu*, i.e. ne viſitem, V. & ſtylum Novi Teſtamenti מֵרְאוֹת Rom. XI, 10. μὴ βλέπειν, *ne videant.*

§. VI. Linguæ partim ipſam temporum formam, partim particulas tempora regentes ſatis exprimere neſciunt.

§. VII. Nonnulla in diverſis ſimul temporibus leguntur, ut וַיּוֹלַדְתְּ Gen. XVI, 11. participium & præteritum: *pariens perficies parere*, אֶגְאַלְתִּי Eſ. LXIII, 3. Fut. & Præt. *polluero* נִגְלֹה pro הִגָּלוֹת 1. Sam. II. 27. Infin. & præt.

§. IIX.

§. IIX. Characteristica temporis expellit characteristicam conjugationis, ut in Niphal אִנָּפְקֵד pro אֶפָּקֵד

§. IX. Flexio fit partim per literas præformativas, partim per Afformativas.

I.

Infinitivus (מָקוֹר)

§. I. Tempus Infinitum vocatur Scaturigo, qvod cætera tempora, personæ, numeri & genera ex illo fluant, & cuncta in eo sint indefinita, etiam radices nulli exceptioni obnoxiæ.

§. II. Infinitivus sæpe nominascit in tralatione, & adverbiascit.

§. III. Ab Infinitivo immediate formatur Imperativus, & mediatè reliqva.

II.

Imperativus (צִוּוּי)

§. I. Vocatur etiam in Veterioribus Grammaticis Futurum primum, qui coincidens cum Futuro in differentiam sibi ה præpositum habet.

§. Solam agnoscit secundam personam, eamqve genere & numero distinctam, reliqvas Futurum exprimit.

§. III. Flexio fit per literas afformativas יוּנָה, quæ sunt capita pronominum personalium:

י. אַתִּי
ה ex הוּא per enallagen numeri & personæ in notam pluralis numeri & differentiam pronominis consignificativi;
הֶנָּה נָה

§. IV. In tertia Passiva non datur Imperativus, quia passio mea ab alio agente inferenda non est in meo arbitrio.

§. V. Imperativus affirmative usurpatur, negative Futurum adhibetur præposita particula אַל vel לֹא

III.
Futurum (עָתִיד)

§. I. Ab Imperativo formatum constat ex literis præformativis & afformativis.

1) Præformativæ sunt אתין, quarum
א ex אַתָּה primæ personæ sing. communis generis,
ת (1) ex אַתְּ, אַתָּ, אַתֶּם, אַתֶּן utriusqve generis & numeri in persona secunda;

(2) pro ה, ex הוּא singulari tertiæ personæ fœminini generis, ne cum Hiphil confusio existat;
י pro ו ex הוּא tertiæ sing. masculini, ob cacophoniam.
נ ex נַחְנוּ primæ pluralis communis generis.

2) Afformativæ sunt Imperativi literæ יונה

§. II. In sententiis generalibus, nec non actu continuo sæpe Præsens & Imperfectum, sæpius Imperativum & rarò Plusqvamperfectum includit. Ponitur autem futurum

1) In actu continuo, ut Ps. I, 2. *& in lege ejus meditabitur die & nocte*:

2) In actu solito, ut 1. Sam. XX, 5. *Cras sunt calendæ, quibus sedebo cum Rege*:

3) In actu possibili, ut Ps. XXII, 18. *numerabo omnia ossa mea*:

4) In actu licito, ut Num. XXXV, 28. *post mortem sacerdotis revertetur occisor*, i. e. jure potest reverti:

5) In actu debito, ut Mal. I, 6. *Filius honorabit patrem.*

6) In actu Optativo, ut Cant. I, 2. *osculabitur me.* i. e. utinam me osculetur.

7) In

7) In actu Intentionali, ut 2. Reg. XV, 16. *Tunc percutiet Monachen*, i. e. tunc egressus est, ut percuteret.

8) In præceptis negativis, ut *Non occides*, i. e. non occidito.

9) ob causam moventem, ut Exod. XV, 1. *Tunc canet Moses*, i. e. canebat.

IV.

Præteritum.

§. I. Usu venit, quod primum in Conjugatione occupet locum, & simul à tertia persona singul. masculini initium sumat; ibi Lexicographi radicem locant.

§. II. Ejus affomativa sunt

ה ex הוּא Pers. 3. fœmin.
ת ex אַתְּ 2. mascul.
תְּ ex אַתְּ 2. fœmin.
תִּי pro נִי ex אֲנִי 1. comm. antithetice in differentiam nominis & pronominis consignificativi.
ו ex הוּא pro ם vel ם ad differentiam pronominis consignificativi *illos*
תֶּם ex אַתֶּם 2. plur. masc.
תֶּן ex אַתֶּן 2. plur. fœm.
נוּ ex אֲנַחְנוּ 1. plur. comm.

§. III. Significatio generalis est, non quod fuit, sed qvod perpetuo esse, aut fieri debet, & sic freqventissime, ut Ps. I.

V.

Participium.

§. I. Participium ex Præterito natum est

§. II. Datur in Kal duplex, Activum & Passivum:

1) Activum בֵּינוֹנִי *intermedium* (פֹּעֵל) dictum

est medium tempus inter Præteritum & Futurum.

2) Passivum (פָּעוּל) significationem habet præteritæ passionis, quo discernitur à participio Niphal, quod præsentis est.

3) Verba Intransitiva participio Paul destituuntur, qvod in se Passionem aliqvam comprehendant.

§. III. Quibusdam Participiis præfigitur מ in differentiam temporis & conjugationis.

§. IV. Participia flectuntur ut nomina per Declinationes in utroqve genere.

§. V. Includunt significationem verbi substantivi הָיָה vel יֵשׁ

§. VI. Participia exprimunt tempus definitum, veluti 1) Præsens per pronomen appositum omisso הָיָה, ut *ego visitans*, i. e. visito;

2) Imperfectum, ut Gen. II, 10.

3) Paulo-post-futurum, e. g. Exod. XII, 29. *Primogenitum Pharaonis sedentem super solium*, i. e. paulo post sessurum.

B.

De Personis. (גּוּפִים)

§. I. Persona est

1) Infinita, quæ certum subjectum non definit, qualis occurrit in verbo impersonali, quod a) exstat in prima, secunda, vel tertia persona, modo in singulari, modo in plurali numero; modo in activa, modo in passiva voce. Frequentissime tamen legitur impersonale in tertia Niphal, ut נֶאֱמַר *dicitur*:

b) Subintelligit vel DEum, vel subjectum creatum, e. gr. בָּרַד *grandinavit*, scil. DEus, es hat gehagelt.

c) Solet

c) Solet adhiberi, quoties non est de necessitate, ut persona agens aut patiens nominetur.

2) Quando Dagesch revocatur, (1) imprimitur illud fulcris ו vel י alternative, prout pronunciatio asperè aut leniter fluat ut שִׁוֵּעַ *vociferatus est*, וְחִיַּבְתֶּם Dan. I, 10. *& reum efficietis* à חוֹב.

(2) vel altera litera in gratiam Dagesch transponitur, in יְעַלְּעוּ Job. XXXIX, 30. *absorbebunt*, à לוּעַ.

§. VII. Præformativæ Serviles observant syllabæ quantiatem

1) Syllaba laborante ponitur (1) vocalis longa, quæ in Kal, Niphal, Hiphil plerumque est ד, ut יָקוּם, נָקוֹם, אָקִים, In Præterito & Participio Hiphil datur ·· , ut הֵקִים, מֵקִים. Hophal amat וּ, ut הוּקַם.

(2) Dagesch forte, ut in Hiphil יַסִּית Jerem. XVI, 18. in Hophal הֻסַּג Es. LIX, 14. *aversum est.*

2) Syl-

2) Syllaba non-laborante ordinarium punctum retinetur, ut in Niphal וְקוֹם, ob gutturalem יָעוֹר & alibi.

§. IIX. Ultima existente א, Verbum nihilominus ut media quiescens movetur, ita tamen ut syllabæ simul ratio habeatur, ut בָּאתָ pro בַּאְתָּ à בּוֹא: Pro וּ etiam legitur וֹ, ut תָּבוֹא.

§. IX. Figuræ potiores sunt: Aphæresis, ut רִיבוֹתָ pro הֲרִיבֹתָ *contendisti*, שִׂים pro הָשֵׂם. וְדִיגוּם Jer. XVI, 16. *& piscabuntur eos*, pro וְהֱדִיגוּם. Epenthesis, ut קָאם pro קָם, תְּשֻׁבֶינָה pro תָּשֻׁבְנָה, יֻשַׂם pro יוּשַׂם; Antithesis, ut אֹחִילָה pro אָחִילָה.

§. X. Etiam Quadrata in hoc genere verborum formantur, ut כַּלְכֵּל Prov. XIIX, 14. *sustentat.* יְסַכְסֵךְ Esth. IX, 11. *miscuit*, וַיְפַרְפְּדַנִי Job. XVI, 12. *& disrumpet me*, מְטַלְמֵל Es. XXII, 17. *deportans*, מְזַעְזְעֶיךָ Hab. II, 7. *commoventes te*, וַיִּתְחַלְחַל Esth. IV, 4. *& indoluit.*

§. XI. Hujusmodi verba cum verbis mediæ geminatæ & primæ Jod facile in unum coalescunt, conf. pag. 99. seq.

§. XII. Exceptiones speciales olim fuerunt

1) וַיַּחֵלוּ, cui respondit Buxtorf. l. c. pag. 222.

2) לְהַפְרְכָם Lev. XXVI, 15. quod non est Chaldaismus, sed ordinariæ Constructionis descendente accentu.

3) לַהֲנָפָה Es. XXX. 28. est nomen status absoluti pro constructo.

Quiescens primæ י

Prima Jod dum accipit Scheva quiescens abjicitur, permutatur, aut quiescit.

§. I.

§. I. Jod medium Schevandum abjicitur, & syllaba compensatur

1) per Vocalem longam, scilicet

(1) in Kal a) per ·· , ut אֵלֵד pro אֵילֵד

b) per Mæthæg expressum, ut יְרָאוּ & per subintellectum, ut יְבַשׁ

c) per Dagesch forte, ut יִגָּעוּ Jer. LI, 58. aut euphonicum, ut לִיסּוֹד *ad statuendum*, 2. Paral. XXXI, 7. pro לִיסוֹד; Sic תְּתַצֵּב pro תִּתְיַצֵּב.

(2) in Niphal & Hiphil a) per וֹ, ut נוֹלַד pro נִוְלַד, אוֹלִיד pro אַוְלִיד;

b) In syllaba vero nobiliori per ו mobile, ut הַוְצֵא Gen. IIX, 17. *educ*, pro הוֹצֵא. Sic הַוְשַׁר Psalm. V, 9. *rectifica*

c) per Dageseh forte, ut יַנִּיחַ. נִצַּב pro נִיְצַב à יָצַב *statuit*.

(3) In Hophal per Schurek, ut הוּלַד pro הָיְלַד

§. II. Idem Jod permutatur cum ו euphoniæ gratia, 1) in concursu duarum literarum unius aut cognati instrumenti, ut הִתְוַכַּח, pro הִתְיַכַּח, à יכח *disceptavit*, הִתְוַדַּע à יָדַע *scivit*.

2) In quavis leviori pronunciatione, ut יִוֵּלֵד pro יִוָּלֵד

Nota: In magis explicata rei propositione radicalis litera י retinetur, ut יִוָּרֶה Exod. XIX, 13. *jaculis conficietur*, אַיְסִירִים Hos. VII, 12. *castigabo eos*, מַיְמִינִים 1. Paral. XII, v. 2. *dextram petentes*, וַיְשִׁירוּ Prov. IV, 25. *dirigent*.

§. III. Jod quiescit 1) post vocalem longam ob moram, ut אֵילְכָה Mich. I, 8. *ibo*. הֵיטִיב

2) post vocalem brevem chirek per Crasin, ut אִיגַּע, תִּיגַּע.

§. IV.

§. IV. Figuræ sunt Crasis, de qua dictum: Epenthesis, ut אֲהוֹרְנִי Ps. XXVIII, 7. pro אוֹרֵנִי Aphæresis, e. g. in Imperativo & Infinitivo Kal, ut לֵךְ *ito* à וָלַךְ, דַּעַת Es. XI, 9. *cognoscere.*

Paragoge, plerumque ת in Infinitivo Kal, abjecto Jod suffigitur, ut יָרַת *descendere*, שָׁבַת *sedere*, & sub gutturali דַּעַת *scire.*

§. V. Verba primæ Jod combinantur 1) cum verbis (1) primæ א, ut תַּאַסְפוּן, à יָסַף & אָסַף; (2) tertiæ ה, ut וַיִּקַּץ 1. Reg. III, 15. & וַיִּקָּץ Gen. IX, 42. *Noachus post finem evigilavit*: (3) mediæ ו, e. g. cum טוֹב, כּוֹשׁ, ut וַיֵּבֶשׁ.

2) Cum diversis Conjugationibus & temporibus, ut הֻלַּדְתָּ Gen. XL, 20. *nasci*, & הוּלַדְתָּ Ez. XVI, 4. ex Kal & Hophal. נוֹסְרוּ Ez. XXIII, 48. *erudientur*, ex Niphal & Hiphil: וּוֹלַדְתִּי 1. Sam. XXI, 3. *feci ut sciant*, cujus י ex tertia Futuri, cætera præteriti sunt.

§. VI. Non est, quod אוּכַל (à יָכַל) ad Kal referatur, cum in Hophal commodè redditur: *possibilis factus sum*, Gen. XIX, 19. **Ich werde nicht so mächtig gemacht werden / auff den Berg zu fliehen.** 2) עֲצֹר Jud. XIX, 30. Es. VIII, 10. *consulite* agnoscit radicem עוּץ, conf. Wasm. l. c. p. 180.

ג

Particula. (מִלַּת הַטַּעַם *dictio saporis, seu sensus.*)

§. I. Omnes Particulæ sunt nomina, ut hodie defendunt Philologi, qua de re non in Grammatica, sed in Lexico disputandum.

§. II. Omnes Partic. unam & simplicem habent

bent formalem significationem, sub qua materialis comprehenditur.

§. III. In Particulis nexus & nervus totius orationis consistit, quippe quæ mentem scriptoris in re & affectu exprimunt.

§. IV. Cæteræ linguæ imperfectiores sunt, quam ut istas omnes feliciter reddant: Unde fit, ut plus negotii in Scripturæ explicatione faceſſant, quam nomina & verba.

§. V. Interim nulla particula, etiam expressu difficillima sine re locum occupat.

§. VI. Versiones ex genio suæ linguæ adjectiva & substantiva sæpe per particulas vertunt: e. g. בְּחָזְקָה *fortiter*, in fortitudine: טוֹב *bene*, bonus, רַע *male*, malum.

§. VII. Dividuntur in Adverbia, Præpositiones, Conjunctiones & Interjectiones; quæ cuncta naturam particularum induunt, quod sint Indeclinabilia.

§. VIII. Ex hisce aliæ Separatæ aut inconnexæ, quæ ex se vocem constituunt; aliæ verò Inseparabiles & cum voce connexæ appellantur, qualis structura præprimis in gratiam rhythmi, metri, consecutionis accentuum &c. ordinata est.

(α) *Adverbium.*

Adverbia I. Separabilia sunt vel Loci, (1) in loco, ut אַיֵּפֹה *ubi?* פֹּה *hic*; (2) ad locum, ut אָנָּה *quorsum?* שָׁמָּה *illuc*; (3) de loco, ut מֵאַיִן *unde?* מִפֹּה *hinc*; (4) per locum, ut זֶה *hâc*: vel

2) Temporis, ut מָתַי *quando?* עַתָּה *nunc*: vel

3) Quantitatis, ut כַּמָּה פְּעָמִים *quot vicibus?* מְעַט *parum*, &c.

II. In-

II. Inseparabilia duo tantum numerantur הַ *num ?* בְּ *sic.*

(β) *Præpositio.*

§. I. Præpositiones 1) Separabiles sunt e. g. אֶל *ad*, נֶגֶד *coram*, בֵּין *inter*, מִן *ex* &c.

2) Inseparabiles sunt ב, כ, ל, מ, שׁ.

מ concisum est ex מִן, retinet punctum chirek, & נ amissum compensatur.

(2) Significatio est remotiva, ut מִלֵּב *ex corde*, מִמְלֹךְ *ne regnem.*

שׁ ex שֶׁל aut אֲשֶׁר retinet ׳ & litera abjecta compensatur.

(2) Significatio est relativa, ut שֶׁלִּי *mei*, i. e. quod mei est.

כ ex ultima litera אֵיךְ nullam vocalem, nullam compensationem desiderare potest.

(2) Significatio est Comparativa, ut כַּיּוֹם *secundum* aut *circiter illum diem*, כְּבוֹא *juxta venire.* Sed repetiti est relativa, *ut* כַּקָּטֹן כַּגָּדוֹל Deut. I, 17. *uti parvum ita magnum.*

ל ex ultima litera אֶל, nullius vocalis & compensationis est.

(2) Significatio est accessoria & possessoria, ut לָעָם *populo*, לְדָוִד *Davidis*, Psalmus. לִשְׁמֹעַ *audiendi.*

ב ex ultima literæ גַּב nullius vocalis & compens.

(2) Significatio continet existentiam in re, ut בְּרֵאשִׁית *cum initio*, בְּשׁוּב *in revertendo.*

§. II. In significatione aucta præpositiones multiplicantur, ut מַלְבוֹא Amos. VI, 14. *à veniendo*, aliàs מְבוֹא.

§. III. Voces, quas nominant particulas expletivas,

pletivas, præpositiones significant, ut פְּרִי *in*, לְפִי *secundum*, כְּמוֹ vid. Körberi Lex. Partic.

(γ) *Conjunctio.*

Conjunctiones I. Separabiles dividuntur in conjunctionem.

1) Copulativam, ut אַף־גַּם *quin etiam.*
2) conditionalem, ut אִם *si, quando*
3) discretivam, ut אַךְ *saltem*
4) disjunctivam, ut אוֹ *aut*
5) Rationalem, ut לָכֵן *propterea* &c.

II. Inseparabiles sunt e. g.

ו ex ultima litera וָו *uncus*, ab usu copulandi, nullam vocalem aut compensationem requirens.

2) Significatio intendit fulcrum rei conjungendæ aut disjungendæ.

(δ) *Interjectio.*

Interjectiones sunt affectuum expressiones, e. g. gaudii, ut הֵאָח *euge*, doloris, ut אֲהָהּ *heu*, exclamationis, ut וַי *væ* &c.

LIBER II.

De SYNTAXI.

§. I.

Syntaxis consistit hoc loco in peculiari junctura vocis cum voce, quatenus illa abit à constructione linguarum vulgari. Solet & idiotismus appellari.

§. II. Absolvitur illa 1) Compositione vocis

cum voce, 2) Agglutinatione Præfixi & Affixi, ad vocem 3) Exornatione & Interpretatione per Figuras. 4) Notis Syntaxeos.

SECTIO I.

DE COMPOSITIONE VOCIS CUM VOCE.

COmpositio est vel Nominis, vel Verbi, vel Particulæ.

SUBSECTIO I.

DE COMPOSITIONE NOMINIS CUM NOMINE.

Hæc expeditur partim per Statum Absolutum, partim per Statum Constructum seu Regiminis.

ARTICULUS I.

DE STATU ABSOLUTO.

STatus Absolutus triplex est, 1) Nominis cum Nomine nudo. 2) Nominis cum Pronomine, 3) Nominis cum nomine numerali.

N.

Syntaxis Nominis cum nudo nomine.

§. I. In ordinata Constructione Adjectivum postponitur Substantivo, ut בֵּן חָכָם *filius sapiens.*

§. II. In describenda vero qualitate, vel ob quodvis prædicatum, Adjectivum præponitur Substantivo, e. gr. *timens Domini*, *multi* sunt *dolores*, *hæc* est *illa dies.*

§. III. Nomen solet regere casum sui verbi, ut

ut דֵּעָה אֶת־יְהוָה, Es. XI, 9. *cognitio* quoad *Dominum* לְמַשְׁאוֹת אֹתָהּ מְשֻׁרְשׁוֹתֶיהָ Ezech. XVII, 9. *ad sublationes eam à radicibus suis,*

§. IV. Masculinum & Fœmininum ejusdem nominis simul ponuntur ad innuendam rei, de qua sermo, veritatem aut multitudinem, e. gr. מַשְׁעֵן & מַשְׁעֲנָה Es. III, 1. removet à Jehuda & Jerusalem *scipionem* (fœmin.) *& scipionem* (masc.) i. e. quicquid ad vitam hominis sustentandam pertinet, & magnum & parvum, Lutherus: allerley Vorrath. Sic 1. Reg. XIX, 11. *ventus magna & validus.*

§. V. Abstractum ponitur pro concreto in rei augmentum ut 1. Sam. XXI, 6. Corpora juvenum fuerunt קֹדֶשׁ *sanctitas*, i. e. sancta.

§. VI. In describenda rei qvalitate aut modo, sæpe adhibetur nomen Substantivum pro Adjectivo vel nude, vel cum præfixa litera ב, ל, aut מ ut שֵׁבֶט בַּרְזֶל *virga ferri*, i. e. ferrea, אֲרִיֵה בַּיַּעַר Jer. XII, 8. *Leo in sylva*, i. e. silvestris.

§. VII. Nomen Substantivum in ordine construendo sæpe adverbiascit vel cum, vel sine particula, ut רִבְבָה multùm Psal. LXV, 10. בֶּאֱמֶת verè.

§. VIII Subjectum nonnunquam in sensu diviso à prædicato ponitur, quod explicatur per *quod attinet*, ut Hos. IX, 11. *Ephraimum* quod attinet: *sicut avis avolabit gloria ejus.* Sic 1. Paral. XXIIX, 2. אֲנִי *me* qvod attinet, *cum corde meo.*

§. IX. Substantivum repetitum significat rei

1) distributionem, ut מַטֶּה מַטֶּה Num. XVII, 17. *singulos baculos.* v. Exod. VIII, 10.

2) augmentum, ut Ps. LXVIII, 20. *benedictus Dominus die die*, i. e. quotidie

3) inculcationem, ut, צֶדֶק צֶדֶק Deuter. XVI, 20. *juſtitiam juſtitiam*;

4) diverſitatem ו intercedente, e. gr. בְּלֵב וָלֵב Pſal. XII, 3. i. e. *diverſo corde.*

§. X. Subſtantivis diverſi generis adjungitur adjectivum in genere digniori, e. gr. Deut. XXVIII, 22. *Filii tui, & filiæ tuæ dati alii populo.*

§. XI. Adjectivum negligens ſubſtantivi genus, attendit rem de qua agitur: Nam

1) Honoris & laudis, etiam rei exaggerandæ ergo Maſculinum ponitur pro Fœminino, e. gr. Jer. III, 6. de Virginibus dicitur, quod בְּרַגְלֵיהֶם *pedibus ſuis*, i. e. virili inceſſu plauderent.

2) Vituperii, contemptus & minuendæ rei gratia Fœmininum pro Maſculino uſurpatur, e. gr. עֲשִׂיתֶן תּוֹעֵבָה Ezech. XXXIII, 26. *feciſtis abominationem*, de viris effœminatis.

3) Aliquando ſubintelligitur fœmininum, ut קֹהֶלֶת Eccleſ I, 1. *concionatrix*, ſcil. Sapientia.

4) Fœmininum haud raro intendit genus neutrum, in ſenſu diviſo, e. g. וּמַאֲכָלוֹ בְּרִאָה Hab. I, 16. *& cibus ejus opimum quidpiam.*

§. XII. Nomen plurale jungitur interdum nomini & Verbo ſingularis numeri ob

1) diſtributionem, ut *rectum judicia tua*, h. e. unumquodque: *interroga jumenta tua, & docebit te*, ſeu unumquodque;

2) collectionem, ut 1. Reg. I, 40. *aſcenderunt omnis populus*, i. e. ſinguli;

3) Magnatiſmum, e. g. Gen. XLII, 30. *locutus eſt* אֲדֹנֵי *Domini duriter nobiscum*, h. e. princeps & miniſtri.

4) Divi-

4) Divinitatem nominis אֱלֹהִים significantis Numen adorabile secundum pluralitatem personarum. Hoc enim non sapere Magnatismum patebit ex dicendis: (1) DEus cum Monarchis nihil h. l. habet simile, dum hi diminutionis gratia ita loqvuntur, ne se solos, sed Consiliariis stipatos agere videantur; DEus vero solus cuncta gubernat. (2) Constructur hoc nomen cum pronomine singulari, e. gr. אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא Jos. XXIV, 9. *Elohim sancti ille* est. Imitatur hanc vocem אֲדֹנִים Mal. I, 6. *Si Domini* (plur.) *ego, ubi timor mei.* Sic constructio cum verbo, e. gr. Gen. I, 1. בָּרָא אֱלֹהִים *Creavit (tres) personæ*, i. e. omnipotentia trium personarum.

ב.

Syntaxis Nominis cum Pronomine.

§. I. Pronomen genere & numero convenit cum antecedente Substantivo, casus verò ipsius dependet à Verbo, e. g. Gen. III, 12. *Mulier ista quam dedisti mecum.*

§. II. Pronomen regitur ab accentu, ne ordo ejus habeatur inversus, acsi e. g. pronomen relativum conveniat cum propiore Substantivo, cum debeat respondere antecedenti remotiori Sic planus emergit sensus in Lev. XXV, 33. *quia domus urbium Levitarum* | | הִוא *ipsa possessio eorum.* Sic. Eccles. IX, 9. *fruere vitâ cum uxore, quoniam* הִוא חֶלְקְךָ *ipsa pars tua* est *in vita.*

§. III. Regula, qua Pronomen non genus sui nominis exprimit, sed rem de qua sermo, non videtur simul ex Jud. XIX, 24. probari posse, dum sensus hic planus emergit: *Ecce filia mea virgo &*

concubina ejus | | *educam ad illa* | (Sodomitica) *etiam subigite illis* Sodomiticis.

§. IV. Pronomen singulare junctum nomini plurali explicatur distributivè, e. gr. Jos. II, 4. *Et suscepit mulier illa duos viros illos & abscondit ipsum*, i. e. unumquemque eorum.

§. V. Pronomen per ה præfixum auget significationem sui ut הַהוּא יוֹם Mich. II, 12. *eo ipso die.*

§. VI. Pronomen separatum sæpe includit significationem Verbi Substantivi, ut Gen. III, 11. *quod nudus ego* essem.

§. VII. Pronomen Interrogativum Substantivo postpositum, Genitivum possessoris notat, ut בֶּן־מִי 1. Sam. XVII, 58. *cujus filius?*

§. VIII. מִי quis? 1) cum לא *non*, universaliter affirmat, vid. Job. XII, 9.

2) absq; negante (1) universaliter negat, Ex. II, 14.

(2) extenuat vid. Es. LIII, 1. 1. Sam. XIIX, 18. Jud. IX, 28.

(3) Votum, etiam fiduciam significat, vid. 2. Sam. XXIII, 15. Jon. III, 15. Exod. XVI, 3.

§. IX. מִי & מָה sequente relativo fit ipsum relativum, e. g. מַה־שֶּׁ *id quod* Eccl. I, 9. c. III, 15. מִי אֲשֶׁר *is qui* Ex. XXXII, 33.

§. X. Demonstrativi repetitio Distributionem indicat, ut וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה Es. VI, 3. *& clamavit hic ad hunc* i. e. alter ad alterum.

§. XI. לָז iste, ista pro זֶה semper habet præpositum ה, ut הַלָּז, הַלָּזוּ, הַלָּזוֹ.

§. XII. Pron. אֲשֶׁר post unam alteramve vocem per affixum, genus & per affixi nomen, casum accipit,

accipit, e. g. כָּל־מָקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף־רַגְלְכֶם בּוֹ, *omnis locus, in quo calcabit vola pedis vestri.* Deut. XI, 24.

§. XIII. Ellipsis אֲשֶׁר est frequens.

ג.

Syntaxis Nominis Numeralis. (סִיפְרוּת)

Numerant Hebræi vel per Cifras, quæ sunt literæ, vel per integras voces.

(α) Numeratio per Cifras.

§. I. Cifræ sunt Consonantes secundum ordinem Alphabeti locatæ. Nimirum

§. II. Integrum Alphabetum in tres Enneades seu Novenarios distribuitur, qvorum primus continet Unitates, alter Decurias, tertius Centurias, quas ultimas Masorethæ continuarunt per literas finales, ut in seq. Schemate:

9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
90.	80.	70.	60.	50.	40.	30.	20.	10.
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100.
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Nota: Pro finalibus crebrius usurpantur sequentes:

900.	800.	700.	600.	500.
תק	תר	תש	תת	תתק

§. III. Millenarii fiunt vel per Monadicos solitarios cum duobus punctis super impositis, ut א״ 1000. ב״ 2000. ג״ 3000. vel per א punctatum, cui monadici adjunguntur, ut אּא״ 1000. בּא״ 2000. גּא״ 3000.

§. IV. Compositio numeri hoc modo perficitur:

1) Conſtruuntur intermedii majori ſemper præmiſſo, ut יב 12. כא 21. לג 33. מר 44.

2) Numerus quindenarius analogiam excedit, compoſitus ex ו & ט ex novenario & ſenario יט pro יה, ne confuſio cum nomine DEI יהוה exiſtat.

3) Numerus 16. ſæpe indicatur per טז.

4) Centenarius ex finali conſtans invertit ordinem, e. g. in Levitico exhibentur verſus בטף 859.

5) Sed Millenarius cum Centenario conjunctus primo datur ordine, quem ſubſequitur centenarius e. g. Verſus libri Moſis ſunt ארלד 1534.

6) Centenarius exſtruitur etiam per compoſitionem ſui, e.g. in Samuele leguntur verſus אשרו 1506. ubi א millenarium, ש ter - & ר bis - centum, ſeu quingentos denotant.

7) Litera millenario poſtpoſita & virgulis notata non monadicum, ſed centenarium ſignificat, e. g. אֹוכד 1664.

8) א millenarius ante centenarium ponendus plerumque omittitur addita hac abbreviatura לפק i. e. לְפָרָט קָטָן juxta computum minorem.

§. V. Rabbini numerum quoque memoriali ſymbolo includunt e. g. Prima ſectio Geneſeos tot verſus continet, quot valet nomen אֲמַצְיָה i. e. 146.

(C) Numeratio per Dictiones.

§. I. Numeri alii ſunt Cardinales, alii Ordinales.

1) Cardinales ſunt

(1) Monadici utriusqve generis

Maſculinum	Fœmininum.
אֶחָד *unus*	אַחַת *una*
שְׁנַיִם *duo*	שְׁתַּיִם *duæ*

Maſcu-

Masculinum	Fœmininum.
שְׁלֹשָׁה *tres*	שָׁלֹשׁ
אַרְבָּעָה *quatuor*	אַרְבַּע
חֲמִשָּׁה *quinque*	חָמֵשׁ
שִׁשָּׁה *sex*	שֵׁשׁ
שְׁמֹנָה *octo*	שְׁמֹנֶה
תִּשְׁעָה *novem*	תֵּשַׁע
עֲשָׂרָה *decem*	עֶשֶׂר

(2) Denarii petuntur ex monadicis, ita, ut à tribus ad decem in plurali tot denarios significent, quot unitates denotat cujusque singulare, e. g. עֶשֶׂר 10. עֶשְׂרִים 20. שְׁלֹשִׁים 30. &c.

2) Ordinales sunt רִאשׁוֹן *primus*, à רֹאשׁ *caput*, fœmininum רִאשׁוֹנָה. Reliqvi à suis Cardinalibus derivantur mediante ו heemantico, e. gr. à שְׁנַיִם *duo* abjecto יִם fit שֵׁנִי *secundus*, fœminin. שֵׁנִית *secunda* adjecto ת, sic in reliquis.

(2) Ordinales non transcendunt numerum decimum, sed qui post illum seqvuntur, sunt Cardinales, ut אַחַד עָשָׂר *undecimus* & *undecim*;

§. II. Intermedii numeri componuntur ita, ut minor fere semper præcedat;

1) & quidem usque viginti sine ו copulante punctis quibusdam mutatis, e. gr. שְׁלֹשָׁה עָשָׂר *tredecim*;

2) at à viginti & ultra cum ו sine punctorum mutatione, ut אֶחָד וְעֶשְׂרִים *viginti unum*.

§. III. Cardinales 1) Monadici, præter unitatem, (1) singularis numeri apponunrur nominibus pluralis numeri, ut שְׁלֹשָׁה מְלָכִים *tres reges*;

(2) Dualis numeri construuntur cum nomine plurali e g. שְׁנֵים עֵצִים *duo ligna*, שְׁנֵי בָנִים *duo filii*.

2) Denarii verò frequentissimè junguntur nominibus singularis numeri, ut עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti anni*; quamvis pluralem numerum non negent, ut שְׁלֹשִׁים שְׁקָלִים 30. *sicli* Exod. XXI, 32.

§. IV. Numeri denarii simul Cardinales & Ordinales sunt, ut עֶשְׂרִים *viginti* & *vigesimus*.

§. V. Frequens est usus Cardinalis pro Ordinali יוֹם אֶחָד *dies unus* i. e. primus.

§. VI. Numerale singularis numeri modo præcedit, modo seqvitur nomen suum: sed nom. num. Dualis & Pluralis numeri tantùm præcedit nomen suum, ut מֵאָה הַכֶּסֶף Jud. XVII, *centum nummi*. יוֹם אֶחָד Gen. I, 5. *dies primus*. שְׁנֵים עֵצִים *duo ligna*.

§. VII. Cardinales monadici in statu modo absoluto, modo constructo reperiuntur: sed denarii solùm in absoluto.

§. VIII. Numeralia Cardinalia à duobus & deinceps præponuntur numerato; ast ordinalia (qvæ post denarium cum cardinalibus eadem) semper postponuntur, ut שְׁלֹשֶׁת יָמִים *tres dies*, יוֹם שְׁלִשִׁי *dies tertius*.

ARTICULUS II.

DE STATU CONSTRUCTO. (סְמִיכוּת)

§. I.

STatus Regiminis est, quando nomen regit post se aliud nomen.

§ II. Quia hoc modo vox coalescit cum voce, correptio vocalium & contractio syllabarum requiritur.

ritur. De Mutatione vocalium alibi actum fuit. Contractio est quadruplicis generis:

1) Terminatio יִ_ in י_ ut à בַּיִת fit בֵּית פַּרְעֹה *Domus Pharaonis* Gen. XII, 15. עֵין אָדָם *oculus hominis*, Zach. IX, 1. & וֹ, in ו, ut מוֹת רְשָׁעִים Num. XXIII, 10. *morte rectorum.* Sed עָוֹל *iniquitas*, ne confundatur cum עוֹל *jugum*, habet עָוֶל.

2) Terminatio ה_ contrahitur in ת_, ut שְׁנַת שִׁלּוּמִים Es. XXXIV, 8. *annus retributionum*, à שָׁנָה

3) Terminatio pluralis ים_ & dualis יִם_ contrahitur in י_, ut דִּבְרֵי אַרְנִי Gen. XLIV, 24. *Verba Domini mei*, à דְּבָרִים; שִׂפְתֵי מִרְמָה Ps. XVII, 1. *labia doli* à שִׂפְתַיִם.

4) Terminatio fœminina in ה_ contrahitur in ת_ & ob gutturalem in ת_, ut à מַלְכָה constr. מַלְכַת Exod. XXXV, 44.

§. III. Regimen sæpe cum explicatione per particulas ב, ל, מ datur, ut כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר Es. IX, 2 *sicut gaudium in messe.* מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Davidis.* חֲזִיר מִיָּעַר Psal. LXXX, 14. *aper de sylva.*

§. IV. Adjectivum in statu regiminis positum rei qualitatem aut modum denotat, ut גְּדֹל עֵצָה *magnus consilio.*

§. V. Numeralia Cardinalia à duobus ad decem inclusivè in statu constructo pariter ac absoluto ponuntur, ut שְׁנֵי אֲנָשִׁים *duo viri.*

§. VI. Regimen etiam per plures voces continuatur, ut וְאֵלֶּה וְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם Gen. XXV, 7. *& illi sunt dies annorum vitæ Abrahami.*

§. VII. Nomina Propria & Gentilia nunquam regunt sequens nomen in forma constructa.

§. VIII.

§. IIX. Pro Constructo ponitur status absolutus 1) propter repetitionem, ut אֲמָרִים אֲמֹת Prov. XXII, 21. *verba, verba inquam veritatis.*

2) propter appositionem (1) additam, ut הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו Ps. CXVI, 15. *mors sanctorum ejus;*

(2) addendam, ut לְאַבִּירִים עַם Jud. V, 13. *magnificis populi*, i. e. in populo.

§. IX. Status Constructus latet interdum in altero construendorum, ut שִׁפְעַת אֲנִי רֹאֶה 2. Reg. IX, 17. *agmen* equitum *ego videns* sum.

Hoc compensat aliquando relativum partim 1) expressum, ut בְּמָקוֹם אֲשֶׁר יִשְׁחַט Lev. IV. 24, *in loco quo mactet*; partim

2) subintellectum, ut קִרְיַת חָנָה דָּוִיד *urbs* in qua *resedit David.* Es. XXIX, 1.

§. X. Infinitivus nominascens statum constructum ingreditur ut בִּימֵי שְׁפוֹט שֹׁפְטִים *in diebus judicare judicum*, i. e. qvibus judicabant judices.

§. XI. Nomina in ה definentia ostendunt constructum per י adjectum, ut אֲבִי כְנַעַן *pater Canaan*, פִּי יְהוָה *os Jehovæ.*

§. XII. Persona secundum certam conditionem considerata construitur cum nominibus אִישׁ *vir*, בֵּן *filius*, בַּעַל *Dominus* eorumque fœmininis 1) ex causa morali, ut אִישׁ הָאֲדָמָה Gen. IX, 20. *vir terræ*, i. e. agricola. *Filii iniquitatis* Hos. X, 9. *Filius virtutis* 1. Reg. I, 15. *Filius percussionis*, Deut. XXV, 2. *Filius mortis*, 2. Sam. XII, 5.

2) ex causa physica, ut *filii Provinciæ*, Esr. II, v. 1. *filii Zionis*, Ps. CXLIX, 2. *filia Zion*, Es LXII, 11. *filiæ Hierosolymæ*, Cant. I, 7.

§. XIII. Nomen בַּיִת *domus* cum nomine con-

structum stat pro quovis continente, vase, loco &c. vid. Lexicon Buxtorff. præprimis Dn. Danz. Idiot. Vet. Test.

§ XIV. Particulæ quæ nominascunt, regiminis formam induunt, e. g. אַחֲרֵי *post*, אַחֲלַי *utinam*, עַלַי, *super* &c.

§. XV. Adverbia quæ à nomine reguntur, nominascunt, ut דְּמֵי חִנָּם 1. Reg. II, 31. *sangvines immeritò*, i. e. sangvines non merentium, confer. Dn. Stark. Lux Ebr. p. 312.

§. XVI. Status constructus excludit ה emphaticum, per quod aliàs mutatur in absolutum.

§. XVII. Figuræ præcipuæ sunt Paragoge, ut שִׁתִּים, שְׁנַיִם.

Crasis, ut בֵּית ex בַּיִת.

Prostheſis, ut מֵימֵי ex מַיִם.

SUBSECTIO II.

DE COMPOSITIONE VERBI.

§. I.

VErbum respondet aliqvando genere & numero (in Versionibus) nomini recto, cum deberet regenti respondere ut Gen. IV, 10. *Vox sanguinum fratris tui clamant ad me.*

Nota. Accentus verba ita proferunt: *Vox* I nimirum *sanguines fratris tui* || sunt *clamantes ad me.* Et sic exemplum ad regulam non pertinet. Sic illud Hagg. II, 7. *ut veniant* tanquam *electio gentium.*

§. II. Verbum facultatis, voluntatis &c. regit aliud in Infinitivo præposito ב vel ל e. g. לֹא יוּכַל לְהָצִיל

לְהַצִּיל 2. Reg. XVIII, 29. *non valet ad eripiendum*, germanicè, er vermag nicht auffzuhelffen.

§. III. Verba affirmantia in comparatione μείωσιν inferunt e. g. Gen. XXIX, 31. *cum vero videret Jehovah, quod Lea,* שְׂנוּאָה *odio habita*, scil. præ Rachel.

§. IV. Verbum רָדַף *persecutus est* determinat sæpe modum persecutionis per אַחֲרֵי, ut 2. Sam. XX, 10. *Joab -- persecutus est*, persecutionem egit, *post Schebam.*

Sic Verbum עָשָׂה *fecit*, determinat objectum per particulam עִם, ut Gen. XXIV, 14. *quod facturus sis misericordiam cum Domino meo*, i. e. usqve ad gradum proximum, etiamsi ille sub potestate tua sit.

§. V. Pro Verbo Substantivo, ne confundatur activa vox cum passiva, adhibetur pronomen personale, ut Gen. III, 1. *quod nudus ego* essem.

§. VI. Duo ablativi consequentiam designantes exprimuntur per Infinitivum præfixo בְּ, ut בְּרָאוֹת יְהוָה *vidente Deo*, Sic Ps. LI, 2. *veniente Nathane*.

2) Etiam subjuncto affixo, ut בְּקָרְאִי *clamante me*

§. VII. Quando Infinitivus

1) antecedit verbum suum, significatur actionis vehementia, intentio & celeritas, e. g. *eundo abiisti*, i. e. omnino abiisti. Aft quando ille.

2) seqvitur, notatur actionis continuatio & frequentia, e. g. *comedit comedendo*, i. e. continuò.

§. VIII. Infinitivus pro omnibus formis usurpatur, e. g. רָעוֹא *currere* i. e. currebant, Ez. I, 14.

Nota. Potius audauditur verbum, uti h. l. τὸ solebant, vid. Seb. Schmid.

§. IX.

§. IX. Quandoque posterius verbum loco Infinitivi in eodem tempore, numero & in eadem persona, qua prius locatur, e. g. Hos. V. 11. *voluit, ivit*, i. e. ire.

Nota. Accentus ordinarium tenent: *Oppressus Ephraim, concussus judicii, quia* sic *voluit II. ivit enim post præceptum.*

§. X. Passivis & Neutris Nominativus in Versionibus sæpe jungitur mediante particula אֵת, e. gr. Gen. XVII, 5. *non vocabitur ultrò* אֶת שְׁמְךָ *nomen tuum.*

Nota. Fons ita se explicat: *non amplius vocabitur quoad nomen tuum* τὸ *Abram.* 1. Sam. XVII, 34.

SUBSECTIO III.

DE COMPOSITIONE PARTICULÆ.

Quia particularum sensus formalis nondum assecutus est maturitatem, interea exscribenda sunt, quæ boni autores observarunt.

§. I. Præpositio 1) quandoque non influit in nomen immediatè sibi junctum, sed in remotius, cujus tunc suffixum, (si quod habet) indicat casum obliquum nominis præcedentis, ut 1. Sam. I, 1.

2) Postpositа verbis atque casibus abit in adverbium, ut Gen. XLIX, 25. Deut. II, 12.

3) Præpositа tempori finito importat defectum relativi אֲשֶׁר aut vocis מָקוֹם 1. Paral. XV. 12. Zach. X, 8.

4) Superinducta alii Præpositioni

(1) abit in adverbium, e. gr. לְ ante מִן *inde* Deut. IV, 32. Mich. VII, 12.

(2) mu-

(2) mutat Subſtantivum in adjectivum, e. g. Lev. XVI, 15. *ad interiora veli.* Job. V, 5;

(3) influit in relativum ſubaudiendum aut ſuffixum.

§. II. Particula negandi non conſtruitur cum Imperativo, ſed pro illo adhibetur Futurum, ut לֹא תִרְצַח *non occides.*

§. III. Particulæ negandi nominibus כֹּל *omne,* אִישׁ *vir,* אָדָם *homo,* דָּבָר *res,* אֶחָד *unus* additæ, univerſalem negationem inferunt, e. g. לְכָל־מְלֶאכֶת לֹא Lev. XXIII, 7. *nullum opus ſervitutis facitote.*

§. IV. Adverbia loci propinqvi הֵנָּה, הֲלוֹם, פֹּה, כֹּה *hic, hûc.*

1) in eadem ſententia repetita ſumuntur diſtributivè tam de remoto, quam de propinquo: *hinc inde* Dan. XII. 5. 1. Reg. X, 40. Num. XII, 31;

2) cum Præpoſitione עַד conſtructa induunt ſignificationem temporis, Gen. V, 16. & loci 2. Sam. XX, 17. c. VII, 18.

§. V. אַחַר ejusque plurale אַחֲרֵי *poſt* 1) cum Nominibus Pronominibusque conſtructum tam loci eſt, quam temporis, Gen. XXII. 1. c. XVII. 8. Zach. II, 12. Hoſ. II, 7.

2) Verbis junctum tantùm temporis eſt, & ſignificat *poſtquam, poſtea,* Jer. XL, 1. Job. XLII, 7. Gen. XIIX, 12. Lev. XXV, 48. Gen. X, 18.

3) Etiam nominalem ſignificationem retinet, notatque: *Pars poſterior.*

§. VI. אָן eſt 1) interrogatio loci, ut 1. Sam. X, 14.

2) Cum עַד conſtructum ſit interrogatio temporis, Job. VIII, 12. c. XVIII, 2. Ex. XVI, 28.

3) Repetitum verò ſineinterrogatione, diverſitatem

tatem notat, seu distributionem in loca remota pariter ac propinqua, 1. Reg. II, 26. coll. v. 42. & 2. Reg. V, 25.

§. VII. אֵי Demonstrativo זֶה appositum, exprimit latinorum *nam* cum Interrogatione, ut 1. Reg. XIII, 12. *quænam est illa via?*

§. VIII. אִם in eadem sententia repetitum disjunctivè sumitur, pro *Sive* Eccl. V, 11.

§. IX. אַף cum כִּי conjunctum in affirmatione denotat *quanto magis* 1. Sam. XIV, 29. 30; in negatione *quanto minus*, 1. Reg. IIX, 27.

§. X. גַּם cum כִּי significat *etiamsi*, Es. I, 15. 2) in eadem sententia repetitum est tàm, quàm Gen. XXIV, 25.

§. XI, כִּי post formulam jurandi חַי *quam verè vivit*, significat *tam verè* 1. Sam. XXVI, 16. Gen. XLII, 16.

§. XII. לִפְנֵי ante nomen & pronomen significat *ante*, *è contra* Esth. II, 11. Gen. XLV, 5. 2) Cum Infinitivo constructum est *antequam* Gen. XIII. 10.

§. XIII. לְפִי 1) nominibus & pronominibus junctum aut particulis significat *propter*, *propterea*, Lev. XXV, 16. 21. Psal. CXLI, 7. 2) Verbo autem, exponitur per *quum*, *prout*, Jer. XXIX. 10, Exod. XII, 4.

§. XIV. נֶגֶד cum כ significat *juxta* Neh. XII, 24. 1. Paral. V, 11. *contra* Prov. XXI, 30. 2. Sam. XVIII, 13.

§. XV. נוֹכַח 1) sine præpositione est *coram* Prov. V, 21. *è regione*, *contra*, Exod. XXVI, 35. 2) Cum præpositione sine nomine sequente, significat præsentia Gen. XXX, 38. ut *junctura*, *copulatio*, it. objectum, oppositum Prov. IV, 25. Num. XIX, 4. Jud. XIX, 10.

§. XVI. עַל plur. עֲלֵי 1) Nominibus & pronominibus præmissum præpositionis naturam induit; *super supra* Gen. I, 20. *juxta* Gen. XXIV, 13. Ps. I, 3. *contra, adversus* Jud. VI, 9. 2. Sam. XVII, v. 2. 1. Reg. XXII, 30.

2) Verbis præpositum, notat *propterea* Dan. VIII, 18, *quod* Job. XXXII, 2. *quia* Exod. XVII, 7.

3) Tempori finito junctum ellipsin infert relativi אֲשֶׁר Psal. CXIX, 136. Esr. III, 11.

4) Præpositioni postpositum, & sine casu subjuncto, signif. *Eminentia, majestas, altitudo*, 2. Sam. XXIII, 1. *Vicinitas, nexus* Es. VII. v. 17. Exod. X, 28. *connexio*, Deut. XIII, 11. *contrarietas* Es. LIX, 18.

§. XVII. בְּ עַד, עַר 1) nominibus & pronominibus præpositum notat *ad, ante* Exod. XXII, 8. Gen. X. 19. 1. Sam. XIV, 24.

2) Verbis junctum est *donec* Gen. XXXVIII, 1. *usque dum* Gen. XIX, 22. *antequam* Exod. XXII, 25. *dum* Jud. III, 26. *quamdiu* 1. Par. IV, 31.

3) repetitum in eadem sententia distributivè sumitur *sive, tam, quam* Exod. XXII, 3. Num. IIX. 4. Gen. VII, 23.

§. XVIII. עִם sequente nomine vel pronomine signif. *cum* Gen. XVIII, 23, Ps. XCI, 15.

2) sequente verbo est *quum* Esr. I, 11.

3) cum præpositione est nomen *communio, societas*, Gen. XXXII, 10. Job. XXX, 1.

§. XIX. עוֹד cum præpositione signif. *tempus, propagatio, protractio*, Jerem. XV, 9. Gen. XL, 13. Jer. XXIIX, 3.

§. XX. בֶּן *forte* futuris perpetuò jungitur, 2. Sam. XX, 6.

§. XXI.

§. XXI. תַּחַת 1) nominibus & pronominibus præmissum redditur per *sub*, *propter* 1. Reg. XIX, 4. Prov. XXX, 31.

2) Verbis præpositum denotat *propterea quod*, *quia*, Es. LX, 15. cap. XIII, 12.

3) Naturâ exprimit locum inferiorem, Deuter. XXXIII, 13. Gen. VII, 19. cap. XXI, 15.

Nota. Hæc sufficiant! Noldius in Concordantiis particulas collegit omnes, qvocum conferatur Dn. Danz. Tr. de Idiot. L. S.

SECTIO II.
DE AGGLUTINATIONE PRÆFIXI ET SUFFIXI.

SUBSECTIO I.
DE SYNTAXI PRÆFIXORUM.

Literæ voci præfixæ sunt מִשֶּׁהוְכִלֵּב

מ ex מִן ob נ extrusum compensatur

(1) per Dagesch Forte, ut מִלֵּב *ex corde*, pro מִן לֵב

(2) per vocalem -- ante indagessabilem, ut מֵאָדָם

(3) per Mæthæg a) expressum, ut מֵרֹאשׁ

b) subintellectum, ut מִהוֹת

(4) per Crasin, ut מִיהוּדָה pro מִיְּהוּדָה

2) Extrudit ה emphaticum assumto hujus puncto, ut לְמַבְרִישׁוָּה 1. Par. XV, 13. *ab initio*, ne serviles in tædium cumulentur.

שׁ ob ר amissum compensatur

(1) per Dagesch forte, ut שֶׁלִּי *mei*.

(2) per Mæthæg, etiam ante indageſſabilem, ut שְׁאָהֲבָה Cant. I, 7. *quem diligit.*

2) Extrudit ה emphaticum retenta ejus vocali, ut שִׁקְמָתִי Jud. V, 7. *quæ illa ſurrexi* mater nim. in Iſraële. שִׁרוֹן Job. XIX, ult. *quale illud judicium.* שְׁאַתָּה Jud. VI, v. 17. *quod ille tu ſis*, conf. Seb. Schmid.

3) In ſublatione moræ vocalis evaneſcit, ut שְׁהוּא Eccl. II, 22. שְׁהֶם cap. III, 18.

ה ex הוּא dividitur in Articulare, græcorum ὁ, ἡ, τὸ indicans aliàs emphaticum, qvod ſimul vocativum eſt & Interrogativum.

1) Emphaticum (1) competit omni voci flexibili,

a) nomini, ut הַשָּׁמַיִם; pronomini, ut הַהֵנָּה 1. Sam. XVII, 28. extraordin. nomini proprio, ut הָאֵלִי 1. Reg. XVI, 34. particulæ, ut הָעֲלֵיהָ 1. Sam. IX, *quod ſuper eam;*

b) Verbo, e. g. præteriti temporis, ut הַנִּמְצְאוּ 1. Paral. XXIX, 17. *qui inventi*, הַשָּׁת *qui poſuit.* Participio, ut הַמְכַסֶּה

c) Nomini ſtatus conſtructi & affixi, ut כָּל—הָעָם הָאָרֶץ Eſ. XLV, 16. הָאֹהֶלִי Joſ. VII, 21. *tentorium meum*, ſed rarò.

(2) Ex nomine proprio facit appellativum, ut וְהָאָדָם Gen. I, 27. *& homo.*

(3) ob amiſſum א poſcit — ſequente Dageſch, ut הַמֶּלֶךְ. Variatio vocalis declaratur in Mutatione vocalium, & in ה interrog.

2) ה interrogativum in differentiam accipit —: ut הֲלֹא nonne? quod punctum (1) in forti prolatione mutatur in — ſequente Dageſch, ut הֲיִיטַב Lev. X, 19. *num bonum videtur?*

(1) ob

(2) ob immediate ſequens Scheva reqviritur —, ut הַכְזוּנָה Gen. XXXIV, 31. *an ut ſcortum?* quod

(3) ante gutturalem mutatur in ד, ut הָאֹרַח Job. XXII, 15. *an ſemita?*

(4) In ſyllaba nobiliori apparet ∵ ut הֶאָנֹכִי *num ego?*

ו eſt duplex 1) Vau copulans (וַו הִבּוּר) (1) ante literas ejusdem organi ſeu labiales בּוּמָף & ante Scheva tranſit in וּ, ut וּבְנֵי, וּמוֹשָׁב, וּלְכֹל, וּזְהַב.

(2) Ante gutturales conformatur punctum Scheva compoſito, ut וַחֲמֹר & *aſinus*, וֶאֱמֶת & *veritas*.

(3) Facilè ingreditur craſin per omnes vocales, ut וַיהוּדָה, וַיהוָה, וַאדֹנָי, וֵאלֹהַּ.

(4) In ſyllaba nobiliori mutatur ipſius punctum in ד, ut וָבֹהוּ Gen. I, 2. וָקָם Prov. XXIV, 16. וָמַתְנוּ שָׁם 2. Reg. VII, 4. & *moriemur ibi.*

2) Vau converſivum (וַו הִפּוּךְ) In Verbis Vau ſimul eſt converſivum.

(1) Vau converſivum a) ante Præteritum, mutat illud in ſignificationem Futuri, habens ſub ſe Scheva, ut וְשָׁמַעְתָּ & *audies*, וַאֲמַרְתֶּם & *dicetis*.

Nota. Regula valet, quando præcedit Futurum, & antecedens futura inſinuat.

b) Vau Converſivum ante Futurum, notatur cum — ſequente Dageſch, & exponitur per præteritum, ut וַיִּפְקוֹד & *viſitavit*.

Nota I. Conditiones Dageſch extrudendi vid. ſub Dageſch Forti.

II. Ob hoc incrementum vocis accentus retrahitur ex ultima ad penultimam ſyllabam, quæ ſedis mutatio requirit vocalium mutationem,

ut וַיְבָרֶךְ ex וַיְבָרֶךְ, וַתָּקָם ex וַתָּקָם, וַיִּסַּב ex וַיִּסַּב.

III. In significatione temporis ordinaria; quæ est tantùm copulativa, Vau illud retinet Scheva ut וְיָרוֹם Num. XXIV, 7. & *exaltabitur*, וְיִשְׁמֹר & *custodiet*.

כָּלֵב 1) Hæ tres literæ ob accentum regium pro ; accipiunt ר vid. Scheva.

2) Ante ה Demonstrativum & characteristicum Infinitivorum Niphal & Hiphil sæpius Crasin efficiunt extruso ה & assumpto ejus puncto, ut בַּדֶּרֶךְ pro בְּהַדֶּרֶךְ, בְּחָרֶךְ pro בְּהָרֶךְ Esr. X, 4. pro בְּהֶעָרֵינוּ *in civitatibus nostris*. כְּאוֹר pro כְּהָאוֹר, לַמֶּלֶךְ pro לְהַמְלִיךְ, לְרָאוֹת Es. I, 12. in Niphal, *ad comparendum*, pro לְהֵרָאוֹת, לַשְׁמִיד Es. XXIII, 11. in Hiphil, *ad perdendum* pro לְהַשְׁמִיד, בְּכָשְׁלוֹ Prov. XXIV, 17. *in impingendo eum*.

3) Formant quoqve Crasin retento ה, ne character dubium moveat, ut לַהֲשׁוֹת 2. Reg. XIX, 25. Infinit. Hiphil, pro לְהַשְׁאוֹת Es. XXXVII, 26. *ad perdendum*, à שָׁאָה. בַּהֲשַׁמָּה Lev. XXVI, 43. Infinit. Hophal, *in desolari eam*, pro בְּהָשַׁמָּה

בְּכָלְכֶם Hæ literæ Infinitivis præfixæ designant latinorum gerundia, v. p. 102. seq.

2) Componuntur cum particulis ob rhythmum, metrum, etiam ob significationem vocis auctam, ut בְּרִי *in*, כְּמוֹ *sicut*, לְפִי *secundum* מִבְּלִי *præ non*.

SUBSECTIO II.

DE SYNTAXI SUFFIXORUM.

§. I.

VOcatur hic status etiam Status Affixus & Affixionis,

xionis, qui conditiones ponit, quibus affixa voci apponantur.

§. II. Fœminina terminatio ה ante affixum ob fluentem pronunciationem transit in ת, ut אִמְרָתִי, אִמְרָתְךָ *sermo meus*; & ob scheva quiescens in ת_, ut פְּקָדַתְנוּ *visitavit nos*.

b) Aliud verò ה quodcunqve ob eandem rationem tollitur, ut פְּחָה, פַּחֲכֶם *Dux eorum*; עָשָׂה, עָשְׂךָ *fecit te*.

§. III. Cum vox terminatur in vocalem י & ו, affixa sine præeunte puncto subjunguntur.

§. IV. Tria eadem puncta semper eodem modo ante se requirunt נוֹ, נָה, ה.

§. V. Seqventia puncta sua mutant: ם & ן adhærent nominibus & verbis per ־, solis verò Futuris per ..

מוֹ poëticum copulatur cum singularibus per ־, cum pluralibus & Futuris per (:) Semel est מוֹ pro מוֹ in וְכַסִּימוֹ Exod. XV, 5. *operirent eos*.

§. VI. Affixa gravia הֶן, הֶם כֶּן per: junguntur nominibus singularis numeri & Verbis, per .. autem nominibus pluralis numeri.

§. VII. Inter affixa נוּ, ךָ, ךְ, הוּ, הָ & ipsam vocem sæpe est obvium ב epentheticum schevatum, ut יְשַׁבְּחוּנְךָ *celebrabunt te*.

§. VIII. Suffixa agglutinantur Nominibus, Verbis & Particulis.

ARTICULUS I.

DE STATU AFFIXIONIS NOMINUM.

§. I. NOmina propria & Gentilia respuunt affixa;

exprimunt tamen illud per sequentem vocem cum suffixo, ut יַעֲקֹוב לִי *Jacobus meus.*

§. II. Affixa nominum indicant Pronomina Possessiva, ut אָבִי *pater meus.*

§. III. Inter pronomen possessivum & reciprocum, seu inter suus & ejus nulla hîc est differentia, sed judicatur id è sensu, ut דְּבָרוֹ *verbum ejus* alterius, & *verbum suum* ipsius.

§. IV. Terminatio pluralis יִם & dualis יִם — ob affixum abjicitur, ut à דְּבָרִים, דְּבָרַי *verba mea*, pro דְּבָרִימַי. Sed pluralis וֹת manet.

§. V. Ultimum ה cum : quiescente punctandum ante affixum transit in chirek longum, ut à פֶּה ante הוֹ fieret פֶּהְהוֹ; porrò ob incrementum dicendum פִּהְהוֹ; sed ob incommodam pronunciationem mutatur in פִּיהוֹ Eadem est ratio, cur tria nomina אָב, אָח, חָם ante affixa singularia inserunt י e. g. אָבִינוּ, quoniã derivantur ex tertia ה radicali.

§. VI. Affixa gravia vocales præmittunt status constructi, ut à דָּבָר, דִּבְרֵיכֶם, in plur. דִּבְרֵיכֶם

§. VII. Nomina orta à geminatis ante affixa Dagesch Compensativum assumunt, ut לֵב à לבב habet לִבִּי *cor meum.*

§. VIII. Affixum numero convenit cum nomine, cui annectitur, genere autem cum re vel persona, quam affixum innuit, ut דְּבָרֵךְ *sermo tua*, qui est fœminæ; דְּבָרְךָ *sermo tuus*, qui est maris. Sic אִשְׁתְּךָ *uxor*, respectu viri dicitur אִשְׁתְּךָ *uxor tuus.*

§. IX. אֲדֹנַי pro hominibus sumtum accipit in plurali affixum י, ut אֲדֹנַי *Domini mei*; Deo verò & Angelis DEI vices obeuntibus tributum scribitur, per ־, & est singularis numeri, vid. Gen. XXIIX, 3, 27. Jud. VI, 15.

§. X.

§. X. In translatione affixa interdum exprimuntur per Dativum, ut וְדֵיהֶם Pſalm. CXV. 7. *manus illis.*

§. XI: Suffixum plurale reſpondet nomini diverſi generis digniori, e. g. Gen. I, 27. *maſculum & fœminum creavit illos.*

§. XII. Suffixum ſingulare cum objecto plurali ſumitur diſtributivè, ut Pſ. CXXXII, 12. *teſtimonia meum*, i. e. unumquodq; teſtimoniorum meorum. Deut. XXVIII, 48. *ſervies inimicis meis, quem* (qvemcunque) *Jehovah mittet contra te,*

§. XIII. Affixum plurale nomini ſingulari appoſitum collectivè ſumitur, ut עֲצָתָיִךְ Eſ. XLVII, 13. *conſilii tuorum*, i. e. omnium conſiliorum tuorum v. Ez. XVI, 55. Lev. VII, 5.

§. XIV. Pro affixo repetendo Separatum ponitur, ut בָּרֲכֵנִי גַם־אָנִי Gen. XXVII, 34. *benedic mihi etiam mihi.*

§. XV. Objectum perſonæ relativum per affixum poſt אֲשֶׁר indicatur, & quidem

1) perſona ad quam allocutio, poſcit affixum ſecundæ perſonæ, e. g. אֲשֶׁר בְּחַרְתִּיךָ Eſ. XLI, 8. *quem* (te) *elegi.*

2) perſona quæ loquitur affixum habet primæ perſonæ, ut אֲשֶׁר־מְכַרְתֶּם אֹתִי Gen. XLV, 4. *quem tradidiſtis*, conf. Num. XXII, 30.

§. XVI. Figuræ potiores ſunt Syncope, Epentheſis, Antitheſis, Paragoge &c. v. p. 07.

ARTICULUS II.

DE STATU AFFIXIONIS VERBORUM.

§. I. AFfixa Verbi ſunt eadem, quæ Nominum

singularis numeri punctis interdum mutatis, uti ex Schematibus patet.

Affixa Futuri, Imperativi & Infinitivi in utroque numero.

De Persona una.				De Personis pluribus.	
נִי	*me*	1.	Comm.	נוּ	*nos*
ךָ, ךְ	*te*	2.	Mascul.	כֶם	*vos*
			Fœmin.	כֶן	
נּוּ, הוּ, וֹ	*eum*	3.	Mascul.	ם, מוֹ	*eos*
נָּה, הָ, הָ	*eam*		Fœmin.	ן	*eas*

Affixa Præteriti in utroque numero.

נִי	*me*	1.	Comm.	נוּ	*nos*
ךָ, ךְ	*te*	2.	Mascul.	כֶם	*vos*
			Fœmin.	כֶן	
הוּ, וֹ	*eum*	3.	Mascul.	ם, מוֹ	*eos*
הָ	*eam*		Fœmin.	ן	

§. II. Affixa verbi exprimunt pronomina personalia in casu Accusativo, e. g. me, te, eum &c. & in Versionibus aliquando Dativum.

§. III. Non est perpetuum, quod graventur verba affixis; potest quoque unumquodque seorsim poni, ut פָּקַד אֹתִי *visitavit me.*

§. IV. Affixa tantum admittunt 1) verba activa 2) Interdum Passivorum Infinitivus, ut הִבָּרְאָם Gen. V, 2. *creari eos*, i. e. dum crearentur illi.

3) Neutra, qvando naturam Transitivorum induunt, ut וַנִּזְעַק אֵלֶיךָ Neh IX, 29. *clamavimus ad te*, subintellectis particulis בְּ, לְ, מִן, עִם, אֶל, עַל.

§. V.

§. V, Non quodvis affixum omni personæ convenit; nam affixum primæ personæ non potest jungi verbo primæ personæ, nec secundæ, verbi secundæ; existeret aliàs vel verbum reciprocum, vel contradictio, e. g. פְּקַדְתִּונִי *visitavi me*, pro hoc enim dicitur הִתְפַּקַּדְתִּי. Quod si ejusmodi quid accidat, exponi debet per Dativum, ut עֲשִׂיתָנִי Ez. XXIX, 3. *feci mihi.* vid. Pfeifferi Meth. Persona nihilominus tertia admittit affixum tertiæ personæ.

§. VI. Consonæ & vocales accommodantur syllabæ proportioni & differentiæ temporum: Hinc

1) Terminatio נָה Imperativi & Futuri ante affixum extruditur, ut תִּפְקְדֻנָּנִי pro תִּפְקְדֻנִי

2) Tertia radicalis ה ante affixum abjicitur, ut גָּלַנִי pro גָּלָהַנִי

2) ה fœmininum & Infinitivi ante affixum in ת mutatur, ut גָּלַתַנִי pro גָּלָהַתְנִי, רָאָתְךָ *videbit te.*

4) תֶּם & תֶּן ob concursum consonantium mutatur in תּוּ ut à פְּקַדְתֶּם fit פְּקַדְתּוּנִי.

5) Vocalis verbi expellit vocalem affixi, ut פָּקְדוּנִי *visitarunt me*, pro פָּקַדוּנִי

6) Verba desinentia in vocales י & ו non accipiunt affixa וֹ & הָ, sed הוּ & ה, ut תִּפְקְדוּהוּ.

7) ת schevatum ob defectum syllabæ י accipit, ut ex הִפְקַדְתְּ fit הִפְקַדְתִּיוּהוּ & contractè הִפְקַדְתִּיו Item in parva mora venit chirek parvum, ut וְלִדְתַנִי Jer. XV, 10. *peperisti nos.*

§. VII. Infinitivus cum י notat activam vocem, ut בְּבָרְחִי *in fugere me*, i. e. cum ego fugerem: Cum נִי verò passivam indicat, ut לְהָרְגֵנִי *ad interfici me.*

AJ-

ARTICULUS III.

De STATU AFFIXIONIS PARTICULARUM.

§. I.

PArticulæ assumunt affixa ad normam partim nominum in utroque numero, partim Verborum, prout rhythmus aut metron illa requirunt: e.g.

1) ad normam (1) nominis singularis, ut לְךָ (2) pluralis, ut אֲלֵי (3) singularis & pluralis, ut בֵּינְךָ & בֵּינֵיכֶם *inter te.*

2) ad normam Verborum, In specie Futurorum, ut אֹובֵי *non ego.*

§. II. אֵת notans Accusativum ante affixa sumit ו, hoc non obstante quod linguæ aliquando cogantur Ablativum eligere, e. g. אוֹתִי *me*, אוֹתָנוּ *nos.* Sic illud אוֹתִי Jer. XX, 11. *Jehovah apud me sicut herus potens.* Nec מֵאוֹתִי est contra accusativum Es. LIV, 15. *Ecce formidando formidabit nullus præter me,*

2) Ante affixa gravia ordinariè sumit ־, ut אִתְּכֶם, אִתָּן pro quo interdum ו, ut אוֹתָהֶם conf. rationes p. 72. datæ.

3) In significatione Ablativa vi præpositionis *cum*, sumit chirek seq. Dageschi, ut אִתִּי *mecum.*

§. III. Particulæ inseparabiles בכלם 1) sunt notæ casuum pronominum separatorum & inseparabilium seu affixorum ut בַּאֲשֶׁר *in quo*, כַּאֲשֶׁר *secundum quid*, מִזֶּה *ab hoc*, לָמָּה *cui rei*, i.e. quâ re, בּוֹ *in eo*, לָהּ *ei*, כְּכֶם *secundum vos.*

2) Puncta ordinaria כלב ante affixa gravia & ante נו & ך assumunt ד, ante levia ipsius affixi punctum singularis numeri, ut לָכֶם *vobis*, בָּךְ *in te*, בָּנוּ *in nobis*, לוֹ *ei*, בָּהּ *in ea.*

§. IV.

§. IV. Figuræ præcipuæ sunt:

1) Prosthesis, ut מֻמֶּנִּי *ex me*, pro מִנִּי

2) Epenthesis, ut בַּעֲדַנִּי Ps. CXXXIX, 19. *circa me*, pro בַּעֲדִי; כְּמוֹכָה *sicut tu*, לָמוֹ *illi*.

3) Paragoge, ut אַיֵּכָּה *ubi tu?* pro אַיֵּה.

4) Metathesis, ut אֹתָּךְ *te*, pro אוֹתָךְ.

SECTIO III.

DE

FIGURIS SYNTACTICIS.

Figuræ Syntaxeos sunt Virtutes constructioni ornatus & explicationis gratia immixtæ; Veluti

Enallage & Antimeria.

Hæc figura vix discrepat ab ordinario stylo, si quis circumstantias & accentus duobus oculis contueatur: Enallage Personæ v. g. Michæ II, 3. *Ecce ego, cogito contra familiam istam* רָעָה *malum, ex quo non extrahetis colla vestra.* Post ־ fit apostrophe, quasi sit nova propositio: i. e. nec vos colla extrahetis. Gen. XLIX, 4. *quia ascendisti cubilia patris tui ||| Tunc indignum fecisti | stratum meum ascendit.* Est subjunctio causæ ad circumstantes.

2) Enallage numeri vel generale, vel speciale quid subintelligit, e. gr. Es. XIX, 4. *& concludam Ægyptios in manum Dominorum duri* regis ||| *& rex vehemens.* Ps. XIV, 1. *Dixit stultus in corde suo; non est DEus: corruptam faciunt*, omnes qui ejusdem genii sunt, *& abominabilem reddunt actionem; adeo ut non sit faciens bonum.*

3) En.

3) En. generis, Ez. XVI, 7. *Sed tu nudus* homo *imò retectio.* Enallage etiam honoris & contemptus ergo instituitur: Sic Ruth. I, 8. Naëmi nurus suas alloqvitur in masculino genere ob virtutes heroicas. Ez. XXXIII, 26. sermo est de viris effœminatis.

Aliquando subintelligitur aliud quid, ut Hab. I, 16. וּמַאֲכָלוֹ בְּרִאָה *& cibus ejus opimum qvid*, sic accentus.

4) Enall. temporis, ut Ez. I, 14. *animalia occurrere & reverti* solebant, v. S. Schmid. Sic 2. Sam. III, 18. *Per Davidem Servum meum* חוֹשִׁיעַ *servare* est, (latinorum more: *videre est*) *populum meum Israël.*

In genere hic notetur quod Christus venturus repræsentatur ἐρχόμενος ob fidem, qvæ intuetur illum, qui est heri & hodie, vid. Es. IX.

Hypallage.

Hæc Figura ne vestigium quidem sui reliquit in Sanctitate Scripturæ: nam inversus ordo in ea non reperitur; videantur exempla potiora examini subjecta:

Jud. I, 8. *& civitatem extenderunt per ignem.* Sic extendere agros, laxare forum **raum machen.**

2. Reg. IX, 30. *& dispositi per fucum oculos suos.*

Ps. LXXX, 6. *& potasti eos lacrymis* mensurâ *trientalis.*

Prov. VII, 22. *& sicut in compede ad castigationem stulti.* vid. Schmid.

Es. XLVII, 3. *Ultionem sumam & non occurram homini*, scil. ne intercessio hujus mihi sit impedimento.

Dan. II, 35. *Et nullus locus inventus est pro illis*, quo sedem figerent.

Amos.

Amos. V, 16. *Et vocabunt agricolam ad luctum, nam planctus* est *apud peritos lamenti.*

Nah. II, 3 *inter ignem tædarum currus.*

Jer. IX, 7. *Et descendat oculorum nostrorum lacryma.*

Synchysis.

